


UC-NRLF
$B 19 412


SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
FIAT LVX
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS



DE

CIVIUM ATHENIENSIUM

MUNERIBUS

EORUMQUE IMMUNITATE

SCRIPSIT

VICTOR THUMSER.



VINDOBONÆ.
SUMPTIBUS ET TYPIS CAROLI GEROLD FILII.
1880.

GUILELMO HARTELIO,

MAGISTRO PLURIMUM COLENDO,

SACRUM.

Pars I.

De civium Atheniensium muneribus.

Copiosius priore huius scriptiunculae parte de civium Atheniensium muneribus explicaturo e re esse mihi videtur haec officia in ea discernere, quae civis Atheniensis in universam rem publicam exsequi debuit, et in ea, quibus a sua quisque tribu, pago, phratria est obligatus. Illorum vero munerum, de quibus iam tractare nobis in animo est, duae fuerunt species, ex quibus altera ad rem familiarem spectabat, altera ad personas, ac speciei prioris officia divisa sunt in tributa ac vectigalia (τέλη) et in liturgias.

A. De muneribus, quae cunctae rei publicae praestanda erant.

Cap. I. De tributis ac vectigalibus.

§. 1. Tributum[1]) anniversarium fuit, quod cives Athenienses pro servis civitati contulisse Boeckhius[2]) e Xenophontis et Harpocrationis loco optimo iure collegit. Ille enim suadens, ut res publica privatorum exemplum secuta servos emat in argenti fodinis opus facturos eosque elocet, postquam indicavit, fore ut pecunia, quae ex servis locatis rediret, numerus eorum in annos augeretur et haud multo praeterlapso tempore in decem milia suppleretur, adfirmat (de vectigal. IV, 25): „ὅτι δὲ δέξεται πολλαπλάσια τούτων, μαρτυρήσειαν ἄν μοι εἴ τινες ἔτι εἰσὶ τῶν μεμνημένων, ὅσον τὸ τέλος εὕρισκε τῶν ἀνδραπόδων πρὸ τῶν ἐν Δεκελείᾳ.“

Quominus de vectigali, quod pro servis in Atticam invectis exigebatur cuiusque mentio fit Bekker. Anecdot. 297, 21 sqq. „πεντηκοστεύονται καὶ τὸ πεντηκοστευόμενον· τῶν εἰσαγομένων εἰς τὸν

[1]) De tributis ac vectigalibus cf. praeter libros, quos suo quemque loco commemoraturus sum, Tittmann. „Darstellung der griech. Staatsverfassungen“ p. 38—40.

[2]) Oec. civ. Ath. I, 446—449; cf. Schoemann. „Griech. Alterthümer“ I³, 475.

Πειραιᾶ φορτίων καὶ ἀνδραπόδων ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς πεντηκοστὴν ἐτέλουν οἱ ἔμποροι καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο πεντηκοστεύεσθαι“, vel de vectigali servorum emptorum locatorumve cogitemus, non illam causam obstare arbitror, quam Boeckhius protulit dicens huius generis pecunias ineptius scriptorem significaturum fuisse verbis „τὸ τέλος τῶν ἀνδραπόδων“, quippe cum, dummodo hoc enuntiatum ad vectigalia illa referri liceat, sane non intersit, num dicatur τὸ τέλος τῶν ἀνδραπόδων an ἡ πεντηκοστὴ τῶν ἀνδραπόδων [τὸ τέλος τῶν ἀνδραπόδων εἰσαχθέντων] vel τὸ ἐπώνιον τῶν ἀνδραπόδων [τὸ τέλος τῶν ἀνδραπόδων ὠνηθέντων]; sed ne haec vocum, de quarum sensu disputamus, interpretatio nobis probetur, in loco ipso positum est, quam ob rem non vereor, ne legenti taedium adlaturus sim, cum uberius tractem de hac sententia.

Primum quamquam, si verbum ex verbo exprimere volumus, conlato loco, qui „de vectig.“ I, 7 exstat: „καὶ κατὰ γῆν δὲ πολλὰς δέχεται ἐμπορίας“ Dindorfio adsentiri debemus [in adn. ad h. l.][1]) defendenti verba: „ὅτι δὲ δέξεται πολλαπλάσια τούτων“ optime reddidisse Leonclavium: „longe plus accepturam rem publicam“, praesertim cum non longius, quam ut „πόλις“ subiectum habeatur verbi δέξεται, sententia „ἐξέσται τῇ πόλει χρῆσθαι (§. 24)“ praecedat, tamen si enuntiata considerantur, quae paulo post legimus: „μαρτυρεῖ δὲ κἀκεῖνο, ὅτι εἰργασμένων ἀνθρώπων ἐν τοῖς ἀργυρείοις ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ ἀναριθμήτων νῦν οὐδὲν διαφέρει τὰ ἀργύρεια ἢ ἃ οἱ πρόγονοι ἡμῶν ὄντα ἐμνημόνευον αὐτά. (§. 26) καὶ τὰ νῦν δὲ γιγνόμενα πάντα μαρτυρεῖ, ὅτι οὐκ ἄν ποτε πλείω ἀνδράποδα ἐκεῖ γένοιτο ἢ ὅσων ἂν τὰ ἔργα δέηται. οὔτε γὰρ βάθους πέρας οὔτε ὑπονόμων οἱ ὀρύττοντες εὑρίσκουσι“, nequit nobis in dubio esse, quin explicationem a Boeckhio iam pridem factam amplexi vocibus illis hunc sensum oporteat subiciamus: „*multo plures etiam servos in metallis argentariis operari posse* testabuntur, quotquot meminerint, quanta vectigalia pro servis ante bellum Decelicum pensa sint“; duabus enim his sententiis scriptor ei, qui plures fortasse, quam quibus opus sit, servos in operas missum iri contradixerit, respondens metallorum ubertatem, quamquam perpetuo a multis hominibus exercita sint, tanto temporis spatio nihil deminutam nec tum quidem ullam specum exhaustam esse declarat. Quid vero annui, quod ex servis advecticiis aut emptis locatisve civitas ceperat, vectigalis summa rettulit ad diiudi-

[1]) Edit. (Oxonii 1866) p. 80.

candum, quot homines in argenti fodinis opus facere possent? Nonne — ut omittam servos importatos et locatos[1]) — ex variis rebus pependit numerus servorum singulis annis emptorum? nonne si ex hoc numero efficere voluerunt, quot servi in metallis argentariis operati essent, scirent necesse fuit, quae intercessisset ratio inter numerum servorum omnium unoquoque anno emptorum et numerum servorum quotannis ad argentarias exercendas comparatorum, deinde inter hunc, quem posteriore loco commemoravi, numerum et numerum cunctorum, qui in metallis illis opus faciebant? Nec veri simile est, scriptorem verbis »μαρτυρήcειαν ἄν μοι εἴ τινες ἔτι εἰcὶ τῶν μεμνημένων, ὅcον τὸ τέλοc εὕριcκε« Athenienses ad hanc ratiocinationem invitasse. Nonne melius fecisset, si ad homines, qui argentarias possidebant, ipsos delegavisset? Similes exsistant difficultates, si primum ex numero servorum singulis annis emptorum numerum omnium, qui in Attica fuerunt, computare velis, deinde ex hoc numero definire, quot in argentariis operati sint[2]). Quae offensiones omnino tolluntur, si statuimus pecunias illas ad tributum pertinuisse, quod pro servis domini rei publicae unoquoque anno pendebant: ut enim neges, quod mihi quidem placet, in publicis vel publicanorum tabulis separatim relatos esse servos in domibus, agris, officinis, metallis operantes, certe e copia omnium servorum facile colligi potuit numerus eorum, qui in metallis erant.

Quae iam sunt disserta, iis haud paululum fidei Harpocrationis loco additur, quem, ut facilius intellegas, quae de eo agam, totum fere exscripturus sum; dicit enim grammaticus 203, 14 sqq.[3]): »Μετοίκιον· Ὑπερείδηc ἐν τῷ κατ' Ἀριcταγόραc· μέτοικοc μέν ἐcτιν

---

[1]) Non omnes, qui metalla exercebant, servis locatis usos esse, sequitur e IV, 16: καὶ γὰρ νῦν πολλοί εἰcιν ἐν τοῖc ἀργυρείοιc ἄνθρωποι οὕτωc ἐκδεδομένοι.

[2]) Nescio, quid verbis faciam, quae Zurborgus edit. p. 30 ponit: »τὸ τέλοc τῶν ἀνδραπόδων intellegenda est ἀποφορά aut ab ipsis servis aut a conductoribus eorum heris solvenda« — Nequit enim statuere huiusce modi pecunias tempore, de quo agitur, Atheniensium rei publicae rediisse, cum quam dilucidissime scriptor declaret nunquam a civitate servos esse conlocatos (IV, 17): περαινομένων γε μὴν ὧν λέγω τοῦτ' ἂν μόνον καινὸν γένοιτο, εἰ ὥcπερ οἱ ἰδιῶται κτηcάμενοι ἀνδράποδα πρόcοδον ἀέναον κατεcκευαcμένοι εἰcίν, οὕτω καὶ ἡ πόλιc κτῷτο δημόcια ἀνδράποδα (cf. §. 14). Si vero Zurborgus de servis cogitavit, qui a privatis hominibus elocabantur, neglexit tum vocem τέλουc offensioni esse neque fieri potuisse, ut Athenienses scirent, quanti fuissent in universum eorum reditus, qui servos in argenti fodinis operaturos locabant.

[3]) Edit. Dindorf.

ὁ ἐξ ἑτέρας πόλεως μετοικῶν ἐν ἑτέρᾳ καὶ μὴ πρὸς ὀλίγον, ὡς ξένος, ἐπιδημῶν, ἀλλὰ τὴν οἴκησιν αὐτόθι καταστησάμενος· ἐδίδοντο δὲ ὑπ' αὐτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος δραχμαὶ ιβʹ, ὅπερ ὠνόμαστο μετοίκιον, ὡς δηλοῖ Εὔβουλος ἐν τῇ Πλαγγόνι· Ἰσαῖος δ' ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρου καὶ Δημοφάντους ὑποσημαίνει, ὅτι ὁ μὲν ἀνὴρ ιβʹ δραχμὰς ἐτέλει μετοίκιον, ἡ δὲ γυνὴ ϛʹ, καὶ ὅτι τοῦ υἱοῦ τελοῦντος ἡ μήτηρ οὐκ ἐτέλει, μὴ τελοῦντος δ' ἐκείνου αὐτὴ τελεῖ· ὅτι δὲ καὶ οἱ δοῦλοι ἀφεθέντες ὑπὸ τῶν δεσποτῶν ἐτέλουν τὸ μετοίκιον, ἄλλοι τε τῶν κομικῶν δεδηλώκασιν καὶ Ἀριστομένης· Μένανδρος δ' ἐν Ἀνατιθεμένῃ καὶ ἐν Διδύμαις πρὸς ταῖς ιβʹ δραχμαῖς καὶ τριώβολόν φησι τούτους τελεῖν· ἴσως τῷ τελώνῃ· οἱ μέντοι μὴ τιθέντες τὸ μετοίκιον μέτοικοι ἀπήγοντο πρὸς τοὺς πωλητάς« [1]). — Triobolum illud, quod praeter duodecim drachmas conferendum erat, non ad omnes inquilinos, sed ad libertos tantum spectare argumento est vocabulum τούτους, cuius loco scriptor, si cunctos inquilinos triobolum pependisse indicaturus fuisset, ut in sententia sequenti vocem »μετοίκους« ipsam posuisset; quod iudicium minime refutatur grammaticorum [2]) testimoniis, qui temerarie vulgantes Harpocrationis verba omnes inquilinos narrant triobolum tulisse, cum aliis totidemque locis [3]) tributum in singula inquilinorum capita divisum duodecim drachmae solum fuisse dicatur. Liberti vero triobolum non, ut Hesychius adfirmat, scribae solverunt: quo enim modo explicandum putes tributum anniversarium scribae a libertis conlatum? Immo rectissime Boeckhius adseverat, ne quicquam detrimenti res publica manumissionibus caperet, libertos pecunias, quas ante domini pendere debuerint, ipsos in aerarium tulisse. Sed num Harpocrationis coniectura [ἴσως τῷ τελώνῃ] eodem spectet eaque tantum indicetur triobolum publicanos exegisse, maxime addubito, cum e sermonis contextu suspicer simili errore eum deceptum esse atque schol. Plat. leg. VIII, 850 *A.* [μετοίκιόν — ἐστι τέλος — ὃ ἐτίθεσαν τῇ μὲν πόλει δραχμὰς ιʹ, τῷ δὲ τελώνῃ τριώβολον].

§. 2. Hoc unum rei familiaris tributum quotannis cives Athenienses pensitarunt; podiorum enim vectigal ad tempus solum in summa rei publicae difficultate nummaria Iphicrate auctore civibus imperatum est [4]). Neque ii ex civibus, qui quaestum colebant, tri-

---

[1]) Cf. Phot. s. v. μετοίκιον.
[2]) Hesych. Μ 1104; Polluc. III, 55; Schol. Platon. leg. VIII, 850 A.
[3]) Hesych. Μ 1105; Bekker. Anecdot. 281, 19; Ammon. ed. Valcken. p. 75.
[4]) Polyaen. III, 9, 30 (ed. Woelfflin): Ἰφικράτης ἐν ἀπορίᾳ χρημάτων

butum annuum solverunt artificii, nisi palam in scortorum vita sese conlocaverant eaque re infames facti[4] e civium numero tamquam sublati erant[1]). Aliae vero pecuniae ad tempus tantum, non quotannis in certis quibusdam rebus pensae sunt, velut tributum belli causa exactum, de quo, quia iunctum est atque conligatum cum liturgiis, paulo post fusius disserere in animo mihi est, deinde vectigalia ad mercaturam spectantia[2]): portorium, quinquagesima uniuscuiusque invectae vel evectae rei pretii[3]), vectigal pro portus usu solutum[4]),

---

ἔπειcεν Ἀθηναίουc τὰ ὑπερέχοντα οἰκοδομημάτων ἐc τὰc δημοcίαc ὁδοὺc ἀποκόπτειν ἢ πιπράcκειν, ὥcτε οἱ δεcπόται τῶν οἰκιῶν πολλὰ εἰcήνεγκαν χρήματα ὑπὲρ τοῦ μὴ περικοπῆναι καὶ caθρὰ γενέcθαι τὰ οἰκοδομήματα. Simile Hippiam, Periclis filium, iam edixisse Aristoteles Oecon. II, 2, 4, 1 (ed. Didot.) [= 1347 *a*, 4 sqq. ed. Bekker.] refert; cf. Boeckh. Oecon. civ. Ath. I, 92; Hermann. Antiqu. I, 171, 17; III, 19, 24.

[1]) Aeschin. I, 119 (ed. Frank.): ὁπότε δὴ οὖν τετόλμηκα ἀντιγράψαcθαι πεπορνευμένῳ Τιμάρχῳ μὴ ἐξεῖναι δημηγορεῖν, ἀπαιτεῖν φηcι τὴν πρᾶξιν αὐτὴν οὐκ αἰτίαν κατηγόρου, ἀλλὰ μαρτυρίαν τελώνου τοῦ παρὰ Τιμάρχου τοῦτο ἐκλέξαντοc τὸ τέλοc; cf. Boeckh. Oecon. civ. Ath. I, 449 sq.

[2]) Cf. Hermann. Antiqu. I[5], 126, 11; III[2], 44, 15; Telfil „Corp. iuris Attici“ n. 877 sqq.; Buechsenschuetz. „Besitz und Erwerb“ p. 553 sqq.

[3]) Etym. magn. p. 660, 29 (ed. Gaisford.): Τῶν εἰcαγομένων εἰc τὸν Πειραιᾶ φορτίων ἐκ τῆc ἀλλοδαπῆc πεντηκοcτὴν ἐτέλουν οἱ ἔμποροι; Bekker. Anecdot. 297, 21; Harpocrat. 245, 4 sqq.; Phot. 411, 10 sqq.; Suid. II, 2, 180, 3 sqq. (ed. Bernhard.); Demosth. XXXV, 29 sqq. (ed. Bekker.); Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 425—31. — De aliis civitatibus cf. Mitth. arch. Instit. III p. 22, vs. 2 sq. (de Boeotia), Le Bas et Waddington. „Inscriptions grecques et latines“ (Voyage arch.) part. II, sect. IV, tit. 228 *a b* (de Geronthris), Demosth. I, 22 (de Thessalia); Aristot. Oecon. II, 2, 21 sq. [1350 *a*, 6 sqq.] (de Macedonia); Dem. XXIII, 110 (de Thracia); Dem. XX, 31, 33, XXXIV, 36 (de Bosporo); C. I. Gr. 2256, 2558 (de Creta); Ἀρχαιολογ. ἐφημερίδ. τεύχ. ιε' 1872 p. 384 [cf. τεύχ. ιγ' 1869 p. 1 sqq.] (de Eretria); C. I. Gr. 2266 [de Delo]; C. I. A. II, 546 = Boeckh. Oec. civ. Athen. II, 349 sqq. (de nonnullis Cei civitatibus); Polyb. XXXI, 7 (de Rhodo); Le Bas et Waddington l. c. part. V, sect. I, tit. 39, sect. XIII, tit. 1536 *a* (de Erythris); sect. VII, tit. 1140, C. I. Gr. 3723 (de Cio); Polyb. V, 88 [cf. Dem. XXXII, 18] (de Syracusis); cf. Boeckh. Oec. civ. I, 430; 441; 451; 773 sq.

[4]) Cf. Xenoph. „de republ. Ath.“ I, 17 (ed. Dind. Oxon. 1860): πρὸc δὲ τούτοιc ὁ δῆμοc τῶν Ἀθηναίων τάδε κερδαίνει τῶν δικῶν Ἀθήνηcιν οὐcῶν τοῖc cυμμάχοιc, πρῶτον μὲν γὰρ ἑκατοcτὴ τῇ πόλει πλείων ἡ ἐν Πειραιεῖ, quo uno loco Boeckhii sententiam (l. c. I, 431 sqq.) satis confirmari arbitror, cum ex verbis ipsis pateat nequaquam hic interesse, num socii, qui Athenas litium instituendarum causa erant profecti, una negotiaturi fuerint necne; nec vectigal, quod πεντηκοcτὴν nominaverunt, commemoratur. Et ea etiam, quae sequuntur: „ἔπειτα εἴ τῳ cυνοικία ἐcτίν, ἄμεινον πράττει· ἔπειτα εἴ τῳ ζεῦγόc ἐcτιν ἢ ἀνδράποδον μιcθοφοροῦν· ἔπειτα οἱ κήρυκεc ἄμεινον πράττουcι διὰ τὰc ἐπιδημίαc τὰc τῶν cυμμάχων“ minime spectant ad mer-

vectigal a venditoribus[1]) et emptoribus pensitatum. — Ratio vectigalis, quod ἐπώνιον vocatum est et priore aetate centesima ac bello Peloponnesiaco finito quinquagesima pretii fuit[2]), diu occultata et circumfusa tenebris latebat, ut Bakius[3]) aspernans illam, quam Boeckhius protulit, sententiam statueret persuaderetque Hermanno[4]) hanc pecuniam publicanos solum, simulac vectigalia redemissent, pensitasse, qua cautionem quasi interponerent. Sed praeterquam quod huius modi pecunia ἀποτίμημα, non ἐπώνιον appellata est[5]),

caturam ipsam. Ut reliqua enim omittam, praecones, de quibus hoc loco mentio fit, ii habendi sunt, quibus in iudiciis Athenienses usos esse ex compluribus locis accepimus, velut Dem. XLVII, 17: ἔδει αὐτόν, εἴπερ ἀληθῆ ἦν, ἅ φαςιν αὐτὸν προκαλεῖςθαι, κληρουμένων τῶν δικαςτηρίων κομίςαντα τὴν ἄνθρωπον, λαβόντα τὸν κήρυκα κελεύειν ἐμέ, εἰ βουλοίμην, βαςανίζειν; Quint. instit. VI, 1, 7: „Id sensisse Atticos credo, quia Athenis adfectus movere etiam per praeconem prohibebatur orator"; cf. Westermann. Encycl. Paul. VI, 1 p. 2. Ceterum Odessae etiam et Deli atque Cii non pro mercibus tantum, sed pro cunctis rebus, quas aliquis in suum usum secum vexerit, vectigal pendendum fuisse verbis docemur, quae exstant C. I. Gr. 2056: δεδόςθαι αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις προξενίαν, πολιτείαν, προεδρίαν, ἀτέλειαν χρημάτων πάντων ὧν ἂν εἰςάγωςι καὶ ἐξάγωςι ἐπὶ κτήςει; C. I. Gr. 2266 vs. 17 sqq.; C. I. Gr. 3723 vs. 10 sq.

[1]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 438 sqq.; Buechsenschuetz. l. c. p. 556; Telf. l. c. n. 888. Ceterum cives immunes in foro negotiationes exercuisse consequitur e Dem. LVII, 34: ἣν γάρ φηςι ταινιόπωλιν εἶναι καὶ φανερὰν πᾶςι, προςῆκε δήπουθεν εἰδότας αὐτὴν πολλούς, ἥτις ἐςτί, μαρτυρεῖν, καὶ μὴ μόνον ἀκοήν, ἀλλ', εἰ μὲν] ξένη ἦν, τὰ τέλη ἐξετάςαντας τὰ ἐν τῇ ἀ]γορᾷ, εἰ ξενικὰ ἐτέλει καὶ ποδαπὴ ἦν, ἐπιδεικνύντας; cf. §. 31: καὶ εἴ coί ἐςτι τοῦτο cημεῖον, ὦ Εὐβουλίδη, τοῦ μὴ Ἀθηναίους εἶναι ἡμᾶς, ἐγώ coι — τοὐναντίον ἐπιδείξω, ὅτι οὐκ ἔξεςτι ξένῳ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐργάζεςθαι. Vectigal a venditoribus solvendum in aliis quoque civitatibus exstabat: Cretae [C. I. Gr. 2256 (post Ol. 148, 4) εἰ δέ τί κα ὁ Ἱεραπύτνιος ὑπέχθηται ἐς Πριάνςιον ἢ ὁ Πριανςιεὺς ἐς Ἱεραπύτναν ὁτιοῦν, ἀτελέα ἔςτω καὶ ἐςαγομένῳ καὶ ἐξαγομένῳ αὐτὰ καὶ τούτων τὸς καρπὸς καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλαςςαν· ὧν δέ κα ἀποδ[ῶ]ται κατὰ θάλαςςαν ἐώςας ἐξαγωγᾶς τῶν ὑπεχθεςίμων ἀποδότω τὰ τέλεα κατὰ τὸς νόμος τὸς ἑκατέρη κειμένος], Ilii novi (Ephem. arch. [Arch. Zeitung] nov. ser. VII (XXXII) p. 153: δεδόςθαι δὲ καὶ τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ τὴν ἀτέλειαν, ὅτι ἂν πωλῶςιν ἢ ἀγοράςωςιν — cf. Ἀθην. II, 237 (inscriptionis Myconiae vs. 10): ἀπὸ τοῦ τέλους ἰχθύων; Dem. I, 22 (de Thessalia agitur): ἤκουον ὡς οὐδὲ τὰς ἀγορὰς ἔτι δώςοιεν αὐτῷ καρποῦςθαι, Mitth. arch. Instit. III p. 22 [Boeot. inscript.] vs. 3; cf. part. II *b*.

[2]) Hanc rem primus Koehlerus cognovit respiciens (l. c.) tit. II vs. 11 sq., quo loco pro drachmis 410 vectigal 9 drachmarum definitum est.

[3]) Scholia hypomn. IV, 272 sqq.

[4]) Antiqu. I, 126, 11; aliter Baehr. iudicavit I, 151, 2.

[5]) Cf. e. gr. C. I. A. II, 570 vs. 20 sqq.: ὃς ἄ[ν πεί] | [θ]ῃ τοὺς δανεί-

unice veram esse Boeckhii opinionem clarissime demonstratur inscriptionibus, quas Koehlerus edidit ac tractavit Act. menstr. acad. Berolin. 1865 p. 543 sqq. Primum enim in his titulis de venditis etiam agitur possessionibus, quae in publicum erant addictae, non solum de locatis; nam disserte significatur, num rei alicuius usura locata sit an res ipsa venierit; cf. tit. I = C. I. A. I, 277:

[Ι]ΙΙ ΔΠΗΗ Ἐπικα[ρπία]
Θρίᾳ
[Ι]ΙΙ ΔΔ Ἐπικαρπία
Ἀθμονοῖ
Κεφάλαιον cὺν ἐπωνί[οιc]
ΧΧΧΧ[Ρ]ΗΗΔΔΗΗΗΙΙΙΙΙ
Πολυcτράτου τοῦ Διο...
Ἀγκυλῆθεν
[Ͱ]ͰΙ ΗΗͰͰΠιcτόc[1])
/// ΔΔΔΔͰ//Ἐπικαρπία Ἀγκυλῆcι
Κεφάλαιον cὺν ἐπωνί[οιc]
ΗΗΔΔΔΔͰͰΙ
Κηφιcοδώρου μετοίκου ἐμ Πειρ[αιεῖ]
Ͱ[Ͱ] Η[Δ]ΔΠ Θρᾷττα
ͰΙΙΙ ΗΔΔΔΠ Θρᾷττα[2])

ζονταc ἄρχοντα[c τιμ] | [ή]ματι ἢ ἐγγυητῇ. De vectigali, quod ἐπώνιον Athenienses vocarunt, cf. Harpocrat. 132, 10 (= Etym. magn. 368, 30): ἐπώνια· τέλοc ἐcτὶ τὸ ἐπὶ τῇ ὠνῇ διδόμενον, εἴη δ' ἂν ἴcωc ἡ πέμπτη; Bekker. Anecd. 255, 1 sqq.: ἐπώνια καὶ κηρύκεια· ἐπώνια μὲν τὰ ἐπὶ τῇ ὠνῇ προcκαταβαλλόμενα, ὥcπερ ἑκατοcταί τινεc, κηρύκεια δὲ τὰ τῷ κήρυκι διδόμενα ὑπὲρ τοῦ κηρύττειν τὰ τέλη πιπραcκόμενα; Polluc. VII, 15: τὰ δὲ καταβαλλόμενα ὑπὲρ τῶν πιπραcκόμενων τέλη ἐπώνια λέγουcιν; cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 439; Schoemann. Griech. Alterth. I, 476.

[1]) Hoc nomen servi fuisse, qui emptus est 202 drachmis, non, ut Koehlerus (p. 544) opinatur, emptoris optimo iure Kirchhoffius suspicatus est (C. I. A. I p. 152), si respicimus C. I. A. I, 274, 7 Ἠλ[εῖ]οc ἀνήρ; 9 Μεccήνιοc ἀνήρ; 276, 3 ἀνὴρ [Ἀρ]ιcτόμαχοc; 277, 15 sqq.; 275, 3; 5; semper enim in his quidem titulis res, quae vendita est, accurate notatur, nusquam vero emptoris nomen. [Cf. C. I. A. I, 274, 10 sqq.; 13 sqq.; 275, 8 sqq.]

[2]) Cf. praeterea C. I. A. I, 274, 5 sqq. [τ]άδε ἐπράθη ἐπὶ τῆc Ἐρεχθηίδοc ἑβδόμηc πρυτανευούcηc | [Γ]αμηλιῶνοc ἑβδόμῃ ἱcταμένου Ἀξιόχου τοῦ Ἀλκιβιάδου Σκα[μβωνίδου]

ͰͰ Η[Δ]ΔΔΔΠ Ἐλ[εῖ]οc ἀνήρ
.... Ἐνάτῃ φθίνοντοc Ἀcχαλλίονοc Ἀξιόχου τοῦ Ἀλκιβιάδου
[Ͱ]ΙΙΙΗ ΔΔΔ Μεccήνιοc ἀνήρ

Tum summae, quae in inscriptionum partibus sinistris notatae sunt et ἐπώνια appellantur[1]), centesimae fere vel quinquagesimae[2]) pretii uniuscuiusque rei, profecto tam sunt exiguae, quas nequaquam existimes satisdationis praestandae causa solutas esse ab iis, qui possessiones illas emerint[3]), ac praepropere Bakius fidem dedit Harpocrationis coniecturae 132, 10 sqq. dicentis: ἐπώνια· — εἴη δ' ἂν ἴϲωϲ ἡ πέμπτη, cum rectius se habeant verba, quae legimus Bekker. An. 255, 1: Ἐπώνια καὶ κηρύκεια· ἐπώνια μὲν τὰ ἐπὶ τῇ ὠνῇ προϲκαταβαλλόμενα, ὥϲπερ ἑκατοϲταί τινεϲ.

Neque Buechsenschuetzii explicatio adridet, qui e Stob. Floril. XLIV, 22: „οἱ μὲν οὖν ὑπὸ κήρυκοϲ κελεύουϲι πωλεῖν καὶ προκηρύττειν ἐκ πλειόνων ἡμερῶν, οἱ δὲ παρ' ἀρχῇ τινι, καθάπερ καὶ Πιττα-

---

Ἕκτῃ φθίνοντοϲ Γαμηλιῶνοϲ Ἀδειμάντου τοῦ Λευκολο[φίδου Σκαμβωνίδου]
Ἐπικαρπία τῆϲ γῆϲ ἐν Ὀφρυνείῳ ΕΚΕΚΡΟ
Κεφάλαιον ϲύμπαν ΗΗΗ[Δ]ΔΔΠ⊢⊢⊢III
Τῶν περὶ ἀμφότερα γαμηλιῶνοϲ ἕκτῃ φθίνοντοϲ
.. Εὐφ[ιλ]ήτου Τιμοθέου Κυδαθη[ναίου
[⊢]III ΗΠ Οικία Ἐϲϲεμαχι
⊢III ΗΠ χωρίον Ἐγγάνι
⊢⊢III ΗΗΠ χωρίον Ἐμμυν Ν·ΤΟΣΤ·Α'ιΚ'Α
I χωρίον Φιδιάνου
Κεφάλαιον ϲύμπαν ΗΗΗΗ..⊢
cf. C. I. A. I, 275; 276; 277; 278—281.

[1]) Cf. Koehler. l. c. I vs. 5 et 12; II vs. 11 sq. [Η]ΗΗΗΔ I Ἐπω I Π⊢⊢⊢; vs. 17 sqq. [Η]ΔΔΔΔΠ I [Ε]πω I [⊢⊢⊢]—.

[2]) Koehler. l. c. II vs. 11 sqq.

[3]) Cf. C. I. Gr. 103: τοὺϲ μιϲθωϲ | αμένουϲ ὑπὲρ Δ δραχμὰϲ καθιϲτάναι ἀποτ[ί]μημα τῆϲ μ[ι] | ϲθώϲεωϲ ἀξιόχρεων, τοὺϲ δ' ἐντὸϲ Δ δραχμ[ῶ]ν ἐγγυ[ή]την. — Ne vero in alteram arrharum classem, quibus etsi perexiguis emptio rata facta est [cf. Hofmann. Beiträge zur Geschichte des griechischen und römischen Rechts, Vindob. 1870 p. 104 „Die Arrha kann eine formelle (juristische) und eine materielle (factische) Bedeutung haben — eine formelle Bedeutung, nämlich für die Perfection des Geschäftes" et p. 105 „die formelle Function zu erfüllen ist die geringfügigste Angabe hinreichend"], centesimam illam referas, consideres, quaeso, eam de pretii summa non deduci. — Cum, quae supra disseruimus, facillime cognoscantur ex inscriptionibus illis, non necesse est offensiones, quas Bakius opinioni Boeckhii inesse existimat, vanas esse fusius ostendere; id unum obiter commemoro non recte eum iudicare, cum suam ipsius sententiam fulciri opinetur, quod Polluc. VII, 15 et Bekker. Anecd. 255, 1 vox καταβάλλειν posita sit et hoc vocabulum de publicanis solum dicatur, de aliorum vero ordinum hominibus κατατιθέναι; primum enim patet utrumque grammaticum de vectigali cogitasse mercibus emptis imposito, deinde eius generis scriptores minime legem servant, quam Bakius protulit: cf. Harpocr. 239, 19 sqq.: Παράϲταϲιϲ· Ἰϲαῖοϲ ἐν τῷ περὶ Πύρρου κλήρῳ· τοὔνομα παρὰ

κὸς παρὰ βασιλεῦσι καὶ πρυτάνει· ἔνιοι δὲ προγράφειν παρὰ τῇ ἀρχῇ πρὸ ἡμερῶν μὴ ἐλαττόνων ἢ ἑξήκοντα, καθάπερ Ἀθήνησι, καὶ τὸν πριάμενον ἑκατοστὴν τιθέναι τῆς τιμῆς, ὅπως διαμφισβητῆσαί τε ἐξῇ καὶ διαμαρτύρασθαι τῷ βουλομένῳ, καὶ ὁ δικαίως ἐωνημένος φανερὸς ᾖ τῷ τέλει[1])« suspicatus est centesimam illam emptorem solvere debuisse, qua satisdaret, si convinceretur, a venditore eum in cuiusdam doli conscientiam esse adscitum[2]). Quid enim haec cautio in bonis publicatis[3]), quae res publica ipsa venumdatura vel conlocatura erat?[4]) Quanam emptoris fraude in huius modi causis iura aliorum violari potuerunt? Profecto enim civitatis fuit iis satisfacere, qui demonstrare potuissent iura quaedam ipsis esse in bonis publicatis. Etsi igitur, cui haec aliorum iura nota fuerint, ad emendas possessiones nonnunquam eum permotum esse putes, quod etiam dissolute villismoque interdum illae venditae sint, ac fieri potuisse, ut aliquis ostenderet ei, cuius bona proscripta essent, maiores pecunias mutuas se dedisse, quam quantis praedia veniissent, itaque detrimentum caperet aerarium, tum emptor ad ipsam rem publicam

---

πολλοῖς ἐστιν Ἀττικοῖς, ἔστι δὲ δραχμὴ καταβαλλομένη ὑπὸ τῶν δικαζομένων τὰς ἰδίας δίκας; 384, 1: παρακατάστασις· — κατεβάλλετο δὲ καὶ τοῖς θεσμοθέταις ἐπί τισι γραφαῖς; Bekk. Anecd. 308, 7: Τέλη οὐ μόνον τὰ τοῖς τελώναις καταβαλλόμενα; Hesych. T, 144: τέλος καὶ τὸ καταβαλλόμενον τοῖς τελώναις; Polluc. VIII, 156: ὁ δ' ὑποτελής — καταβάλλων, εἰσφέρων.

[1]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. Corrig. et Add. VII.

[2]) l. c. p. 557 n. 4: »Nach Theophrast bei Stob. Floril. XLIV, 22, womit offenbar dieselbe Sache bezeichnet ist, möchte man glauben, dass es sich nicht sowol um eine Kaufsteuer als um eine Art von gerichtlicher Caution handle.« Quae verba tum tantum recte se habent, si ratione, quam supra secutus sum, ea interpreteris; nam, quod Hofmannus optime adnotat (l. c. p. 80 n. 16: »Den Käufer trifft eine Verantwortlichkeit nur im Falle eines dolosen Einverständnisses mit dem Verkäufer«), emptor non alio modo culpam in se admisit, nisi conscius erat venditoris doli.

[3]) Ipsis pagorum praefectis, si cuius bona publicanda erant, imperari solitum est, ut possessiones eius accurate notarent; cf. Bekker. Anecd. 199, 4; 237, 8 = Etym. magn. 265, 20; Harpocrat. 89, 8 = Suid. I, 1, 1243, 7.

[4]) Etiam praedia, quae conlocata esse C. I. A. I, 277, 1 sqq., 10 sqq. traduntur, in proscriptorum bonorum numero fuisse consequitur e C. I. A. I, 274, 10 sq.: Ἕκτῃ φθίνοντος Γαμηλιῶνος Ἀδειμάντου τοῦ Λευκολο[φίδου Σκαμβονίδου] | ἐπικαρπία τῆς γῆς ἐν Ὀφρυνείῳ τῆς Τ]ρῳ[ιάδος?] (cf. 275, 11 sq.). Quod commemorandum puto, cum Koehlerus aliter iudicare videatur l. c. p. 542 dicens: »zu den δημιόπρατα gehörten aber ausser den eingezogenen Gütern auch die Gefälle von den dem Staate angehörigen und von diesem in Pacht gegebenen liegenden Gründen »ἐπικαρπίαι«; cf. Kirchhoff. ann. phil. 1860 p. 244.

fallendam dolum intendit, quod crimen sane non exigua illa centesima multatum sit. Sed ipsa Stobaei verba huic interpretationi mihi quidem non solum non suffragari, sed obstare etiam videntur; quod ut comprobem, accuratius in totius loci contextum inquirens eam sequar huius capitis in sectiones distribuendi rationem, qua Fr. Hofmannus usus est, uberiore illa disputatione, quam de hoc loco instituit („Beiträge zur Geschichte des griechischen und römischen Rechts" p. 71—112), optime meritus[1]).

Primum Theophrastus, cuius verba a Stobaeo referuntur, enuntiato: „ὅπως — ὁ δικαίως ἐωνημένος φανερὸς ᾖ τῷ τέλει" quam clarissime indicat pecuniam illam non ab eo, qui num bona quaedam empturus nulli faveret venditoris dolo nondum constabat, sed ab eo pensitatam esse, quem sine fraude emisse iam apparebat, idque nimirum venditione a magistratu comprobata. Patet igitur in sententia, qua Buechsenschuetzius suam opinionem defendi existimat, verba tantum: „προγράφειν παρὰ τῇ ἀρχῇ πρὸ ἡμερῶν μὴ ἐλαττόνων ἢ ἑξήκοντα" ad vocabula: „ὅπως διαμφισβητῆσαί τε ἐξῇ καὶ διαμαρτύρασθαι τῷ βουλομένῳ", et voces „καὶ τὸν πριάμενον ἑκατοστὴν τιθέναι τῆς τιμῆς" ad verba solum: „ὅπως — ὁ δικαίως ἐωνημένος φανερὸς ᾖ τῷ τέλει" referri licere.

Neque in sententia, qua de fine legum prima sectione enumeratarum exponit, ullo verbo significat, eas etiam huc spectasse, ne emptor socius fieret fraudis, quam venditor pararet: (§. II) Οὐ χρὴ δ' ἀγνοεῖν, ὅτι αἱ προγραφαὶ καὶ αἱ προκηρύξεις καὶ ὅλως, ὅσα πρὸς τὰς ἀμφισβητήσεις ἐστί, πάντ' ἢ τὰ πλεῖστα δι' ἔλλειψιν ἑτέρου νόμου τίθεται· παρ' οἷς γὰρ ἀναγραφὴ τῶν κτημάτων ἐστὶ καὶ τῶν συμβολαίων, ἐξ ἐκείνων ἔστι μαθεῖν, εἰ ἐλεύθερος καὶ ἀνέπαφα καὶ αὑτοῦ πωλεῖ δικαίως· εὐθὺς γὰρ καὶ μετεγγράφει ἡ ἀρχὴ τὸν ἐωνημένον; immo verba postrema sat luculento sunt testimonio, ex legibus illis nonnullas hanc ob causam constitutas esse, ut manifestum fieret, quis bona, de quibus ageretur, emisset. Qua cum re optime concinit fraudum ratio, quas extrema sectione I institutis illis impediri Theophrastus adfirmat: „ἀναγκαῖον δηλονότι τοῖς μὲν τὰς ἀρχὰς ὑπευθύνους ποιεῖν, τοῖς δὲ τοὺς γείτονας, ἐὰν μὴ λάβωσιν, ἢ δὶς παρὰ τοῦ αὐτοῦ λάβωσιν ἢ ἔχοντες μὴ λέγωσι τὸν ἐωνημένον"[2]); quae verba apte

[1]) Doleo, quod manibus tractare non potui Caillemer. Etudes sur les antiquités juridiques d'Athènes III.

[2]) Cf. Hofmann l. c. p. 76 *e*; 77 *g*; 81 n. 83; „τὸν ἐωνημένον" (τῶν δυναμένων libr.) Gomperzii emendatio est.

Hofmannus l. c. p. 81 ita interpretatus est explicavitque: „Offenbar müssen die Parteien sich bald (nämlich dort, wo das früher Gesagte gilt) an die Behörden, bald (nämlich in Thurii) an die Nachbarn halten und sie verantwortlich machen, wenn die letzteren (einen Kauf bezeugen, während sie doch) keine solche Münze erhalten haben, oder aber, wenn sie von demselben (Verkäufer in Bezug auf dasselbe Object) zweimal ein solches Erinnerungszeichen annahmen, oder wenn sie es erhalten haben und den Käufer nicht nennen wollen (d. h. dem Käufer das Zeugniss verweigern, dass er die Sache gekauft habe)“ [1]).

Denique aliud argumentum idque non exigui momenti ad opinionem, quam modo protuli, stabiliendam, peti potest ex primis, ni fallor, sectionis III verbis: „ἐπεὶ δὲ καὶ προςταςίᾳ τινὲς ὠνοῦνται καὶ πωλοῦςιν, ἀπαλλοτριοῦν ἐθέλοντες, ὀρθῶς ἔχει καὶ πρὸς ταῦτα νομοθετεῖν, ὅπερ καὶ ποιοῦςιν, ἅμα ταῦτά τε βουλόμενοι κωλύειν καὶ τὴν [ὠνὴν] ἐμφανῆ ποιεῖν“, si ea non cum Hofmanno ad simulatas tantum ac falsas venditiones emptionesve referas, sed mecum instituta iis declarari putes, quae omnino impedimento fuerunt, ne quis alterum dolose sublevaret in rebus alienis vel obligatis vendendis. Verbum igitur „προςταςίᾳ“ non „specie“ intellego, sed „cum adiumento (doli commoliendi)“ interpretor ad duorum locorum exemplar: Dem. XXX, 29 sq.: καίτοι δεινὸν τὸν μὲν λέγειν ὡς ἀπετιμήςατο τὸ χωρίον, τὸν δ' ἀποτετιμηκότα φαίνεςθαι γεωργοῦντα καὶ φάςκειν μὲν ἀπολελοιπέναι τὴν ἀδελφήν, ὑπὲρ αὐτῶν δὲ τούτων φανερὸν εἶναι φεύγοντα τοὺς ἐλέγχους, καὶ τὸν μὲν οὐ ςυνοικοῦντα, ὥς οὗτός φηςι, καὶ τοὺς καρποὺς καὶ τὰ ἐκ τῆς γεωργίας ἅπαντ' ἐξενεγκεῖν, τὸν δ' ὑπὲρ τῆς ἀπολελοιπυίας πράττοντα, ὑπὲρ ἧς ἀποτετιμῆςθαί φηςι τὸ χωρίον, φαίνεςθαι μηδ' ὑπὲρ ἑνὸς τούτων ἀγανακτοῦντα ἀλλ' ἡςυχίαν ἔχοντα. ταῦτ' οὐ πολλὴ περιφάνειά ἐςτιν; ταῦτ' οὐχ ὁμολογουμένη προςταςία; X, 52: νῦν δὲ πρῶτον μὲν βαςιλεὺς ἅπαςι τοῖς Ἕλληςιν οἰκείως ἔχει, καὶ πάντων δὴ ἥκιςτα ἡμῖν, ἄν τι μὴ νῦν ἐπανορθωςώμεθα· ἔπειτα προςταςίαι πολλαὶ καὶ πανταχόθεν γίγνονται, καὶ τοῦ πρωτεύειν ἀντιποιοῦνται μὲν πάντες, ἀφεςτᾶςι δ' ἔνιοι καὶ φθονοῦςι καὶ ἀπιςτοῦςιν ἑαυτοῖς, οὐχ ὡς ἔδει, καὶ γεγόναςι καθ' αὑτοὺς ἕκαςτοι, Ἀργεῖοι Θηβαῖοι

---

[1]) Schilleri (de reb. Thuriorum p. 45) explicatio: „si emptor rem non accepisset aut rem traditam peteret tamquam non traditam aut acceptam esse negaret“, minime quadrat ad sermonis contextum; cf. sect. II et Gomperz. in Hofmanni libello (p. 81 n. 23) et Hofmann. p. 91 sq.

Λακεδαιμόνιοι Κορίνθιοι Ἀρκάδες ἡμεῖς[1]) — Quam explicationem si sequaris, praeterquam quod haec notio propius accedit ad communem huius verbi morem[2]), Theophrastum omnes modos respicientem facias, quibus emptor venditori auxilium ferre potuit in fraudibus alii homini faciendis; atque in universum, non de venditionibus simulatis tantum verba dicta sunt initio huius sectionis: „ἀπαλλοτριοῦν ἐθέλοντες“ et postea „κελεύουσι γὰρ — ὀμνύειν — ἦ μὴν ὠνεῖσθαι δικαίως μηδὲν συγκακουργοῦντα μήτε τέχνῃ μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὸν πωλοῦντα πωλεῖν ἀδόλως. Denique re vera scriptoris interfuisse in primis de doloso emptoris consensu hic agere, etiam ex eo suspicor, quod priore quoque loco de emptore, altero demum de venditore locutus est: ἐπεὶ δὲ καὶ προστασίᾳ τινὲς ὠνοῦνται καὶ πωλοῦσιν — κελεύουσι γὰρ ἐὰν μέν τις οἰκίαν πρίηται ὀμνύειν — ἦ μὴν ὠνεῖσθαι δικαίως μηδὲν συγκακουργοῦντα, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὸν πωλοῦντα πωλεῖν ἀδόλως.

Quae cum ita sint, statuendum opinor centesimam illam pro rebus emptis solvendam fuisse eamque idcirco esse imperatam, ut appareret uniuscuiusque rei emptor [„droit de mutation“][3]). Ceterum

---

[1]) Cf. Harpocr. 261, 11 προστασία — ἀντὶ τοῦ βοήθεια προισταμένου τινὸς καὶ ἐπικουροῦντος τῷ ἀδικουμένῳ (?); cf. Suid. II, 2, 483, 3 sqq.; Phot. 461, 26 sqq.

[2]) Thucyd. VI, 89, 4 (ed. Popp.): τοῖς γὰρ τυράννοις ἀεί ποτε διάφοροί ἐσμεν, πᾶν δὲ τὸ ἐναντιούμενον τῷ δυναστεύοντι δῆμος ὠνόμασται· καὶ ἀπ' ἐκείνου ξυμπαρέμεινεν ἡ προστασία ἡμῖν τοῦ πλήθους; cf. II, 65, 11; 80, 5.

[3]) Cf. Caillemer. Revue critique 1872, p. 410—412. Incertum est, num ad idem vectigal pertineat titulus, quem Rossius de pag. Ath. XV p. 47 (= Rangab. l. c. tit. 877) edidit explicavitque Boeckhius Oec. civ. Ath. II, 348; legimus enim frg. *b* vs. 2 sqq.:

[ἀπέ]δ οτο ἐσχατίαν Κεφαλῆς[ι
Ὠνη(τὴς) Νικόμαχος Πολυλαίου ἐ[κ] Κ[εφαλῆς 𐅄 — —
Ἑκατοστὴ ΙΙΙϹΤ —
Οἴη τῶν ἐπιμελητὴς Στράτων
Μνησιφάνους Κοθωκίδης
ἀπέδοτο χωρίον ἐγ Κοθωκιδῶν
Ὠνη(τὴς) Στράτων Μνησι[φάν]ους Κοθω[κίδης] Η Ἑκατο. Ͱ
Ἀφειδαντιδῶν ἐπιμελητὴς
Λεόντιος Καλλιάδου Ἐπικηφι.
ἀπέδοτο χωρίον ἐγ Κοθωκιδῶν
Ὠνη(τὴς) Μνησίμαχος Μνησόχου Κοθωκίδ[ης] Η(Η𐅄)
Ἑκατοστὴ ͰͰΙΙΙ.

In hoc igitur titulo pecunia plane ἑκατοστὴ nominatur, cum vectigal, de quo disserimus, in inscriptionibus scriptorumque locis ἐπώνιον appelletur, idemque,

non praeteriri velim, Platonem, qui cuncta vectigalia tollenda esse putavit, leg. VIII, 850 A sq. [ἰέναι δὲ τὸν βουλόμενον εἰς τὴν μετοίκησιν ἐπὶ ῥητοῖς — μετοίκιον μηδὲ σμικρὸν τελοῦντι πλὴν τοῦ σωφρονεῖν, μηδὲ ἄλλο αὖ τέλος ἕνεκά τινος ὠνῆς ἢ καὶ πράσεως"] suasisse, ne inquilinis eius, de quo agimus, generis vectigal iniungeretur.

Primum vero ex titulis, quos supra protuli, id compertum habemus, non solum, cum quis bona publica emerit, sed etiam, cum ea conduxerit, huic vectigali eum adstrictum esse, nec temere suspicari videmur easdem leges de bonis privatis valuisse.

Denique Koehlerus omnibus locis perpensis recte contendit vectigal priore aetate ita esse computatum, ut pro pretii drachmis 1—4 obolus, pro drachmis 5—50 triobolus, pro drachmis 50—100 una drachma penderetur.

§. 3. Similis rationis vectigalia praestanda fuerunt, si quis in templo aliquo sacrificaturus vel si litem instituturus erat.

De prioris generis vectigalibus in universum e Demosthenis Leptineae loco, quo orator de sacrorum immunitate disputat [1]), atque ex Plothensium decreto cognoscimus, quo pro paganis ex aerario communi pecuniae pendi iussae sunt ad sacrificia in nonnullorum pagorum vel urbis ipsius feriis facienda [2]), sed accuratius decreto orgeonum docemur, quo consitutum est, quantis pecuniis, qui non

---

quod supra exposuimus, posteriore aetate, cuius etiam hic titulus est (altero saeculi IV a. Chr. n. dimidio exaratus), quinquagesima fuerit; deinde alia ratione pecunias in hac inscriptione computatas esse efficitur vs. 3 (Ἑκατοστὴ IIICT), ubi quartae oboli partes exstant, cum in aliis illis titulis obolo non minor referatur nummus. Quamquam vero, qua cautione opus est in quaestionibus ad antiquitates Graecas pertinentibus, certi aliquid de hac re diiudicare non audeo, tamen profiteor has difficultates mihi quidem non tantas videri, quibus impediamur, ne de eadem pecunia atque in aliis inscriptionibus hoc titulo agi statuamus. Ceterum e voce ἐπιμελητοῦ liquet, sodalitatum quarundam curatores possessiones earum nomine vendidisse. Cf. praecipue Rangab. Antiq. Helleniqu. tit. 878.

1) §. 126 sqq.

2) C. I. A. II, 570, 28 sqq.; similiter in aliis quoque civitatibus res se habuit, velut in Messenia Oechaliae [Eph. arch. (Arch. Zeit.) XVI (1858) p. 251* sqq. vs. 71 sqq. »τῶν δὲ διαφόρων, | ὅσα καὶ οἱ θύοντες ποτὶ τᾷ κράνᾳ προτίθηντι, ἢ εἰς τὸν θησαυρὸν, ὅταν κατασκευασθεῖ, ἐμβάλωντι, λαμβανέτω Μνα | σίστρατος τὸ τρίτον μέρος (cf. vs. 45 sqq. = Le Bas et Waddington. »Inscriptions grecques et latines« part. II, sect. 5, tit. 326 *a*), Cypri [Le Bas et Waddington. part. VII, tit. 2779 vs. 7 sqq.:

eiusdem essent societatis, in sacrificiis obligarentur, itaque digna, quae integra referam, existimo tituli verba, quibus res ipsa inlustretur. (C. I. A. II, 610 vs. 2 sqq.):

ἐὰν δέ τις θύῃ
τῇ θεῷ τῶν ὀργεώνων, οἷς μέτεστιν τοῦ ἱεροῦ, ἀτελεῖς αὐτοὺς θύειν.
[ἐ]ὰν δὲ ἰδιώτης τις θύῃ τῇ θεῷ, διδόναι τῇ ἱερέᾳ γαλαθηνοῦ μὲν ΙC
[κ]αὶ τὸ δέρμα καὶ κωλῆν διανε[κ]ῆ δεξιάν, τοῦ δὲ τελέου ΙΙΙ καὶ δέρμα καὶ
[κ]ωλῆν κατὰ ταὐτά, βοὸς δὲ [ΙC] καὶ τὸ δέρμα. διδόναι δὲ τὰ ἱερώσυνα τῶ-
[ν μὲ]ν θηλ[ειῶ]ν τῇ ἱερέᾳ, τῶν δὲ ἀῤῥένων τῷ ἱερεῖ.

vs. 17 sqq.

διδόναι δὲ
[τοῖς ἱ]εροποιοῖς εἰς τὴν θυσίαν ⊢⊢ δραχμὰς ἕκαστον τῶν ὀργεώνων, οἷς μέτεστι
[το]ῦ[ἱε]ροῦ, τοῦ Θαργηλιῶνος πρὸ τῆς ἕκτης ἐπὶ δέκα;

cf. Boeckh. script. min. IV, 404:
„ἐπὶ δὲ τὴν τράπεζαν κ]ωλῆν, πλευρὸν ἰσχίου, ἡμίκραιραν χορδῆς“.

Apparet igitur victimarum partes, quae ut sacerdotibus darentur imperatum erat, proprie fuisse vectigal sacrorum [1]), praeterquam quod iure Boeckhius suspicatur [2]), sacerdotibus licuisse hostias solito pluris vendere.

§. 4. Ex alterius autem rationis, quam supra commemoravi, pecuniis, cum aliae in multarum numerum referantur oporteat [3]),

---

ἔδοξεν Πραξιδήμ[ῳ] τῷ ἀρχιερεῖ καὶ τοῖς ἱερεῦσι
τοῦ Ποσειδ[ῶ]νος τοῦ Λαρν[α]κίου δοῦναι
Νουμηνίῳ καὶ ἐγγόνοις, [ὅτ]αν θύωσιν,
ἀτέλε[ιαν] τῶν ἱερῶν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον —]

Mileti [Revue archéol. XXVIII (1877) p. 106: Ἢν ἓν θ[υῆτ]αι, λά[ψεται γλῶσ]σαν, ὀσφὺν δασέαν, ὠρήν. Ἢν δὲ πλέω θυῆται, λάψεται ἀπ' ἑκάστου ὀσφὺ[ν | δασέ]αν καὶ γλῶσσαν καὶ κωλῆν μίαν ἀπὸ πάντων. καὶ τῶν ἄλλων θεῶν τῶν | [ἐντε]μενίων, ὅσων ἱερᾶται ὁ ἱερεὺς, λάψεται τὰ γέρεα αὐτὸ καὶ κωλῆν ἀντὶ | [τῆ]ς ὠρῆς, ἢμ μὴ βασιλεὺς λαμβανῆι. Ἂν δὲ εὐστὸν θυῆι ἡ πόλις, λάψεται γλῶς | σαν, ὀσφὺν δασέαν, ὠρήν. Ἢν ξένος ἱεροποιῆι τῷ Ἀπόλλωνι, προιερᾶσθαι τῶ[ν] | ἀστῶν ὃν ἂν θελῆι ὁ ξένος, διδόναι δὲ τῶι ἱερεῖ τὰ γέρεα, ἅπερ ἡ πόλις διδοῖ.]; Halicarnassi [Boeckh. scr. min. IV, 338 sq.].

[1]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Athen. II, 121, script. min. IV, 404 sqq.; Rangab. Ant. Hell. tit. 816, 2336; Hermann. Antiqu. II, 35, 12; 13; Schoemann. Griech. Alterth. II, 434.

[2]) Oec. civ. Athen. I, 132 (cf. 140, 142, 147, 237 *b*).

[3]) In hoc numero etiam παρακαταβολὴ est, quam tum demum, cum causa ceciderat, actor perdidit (cf. Harpocr. 237, 10 sqq. = Phot. 384, 6 sqq.,

πρυτανεῖα [1]) tantum atque παράςταςις [2]) ad rem pertinent, quarum illa [πρυτανεῖα] in causis privatis et accusator et reus, in causis publicis iisque solis, in quibus, si res bene cesserat, lucrum fecit, actor unus solvere debebat; in privatis litibus autem, qui causa vicerat, ei ab adversario pecunia erat reddenda. Prytanea vero, si de 100—1000 drachmis litigabatur, tres drachmae fuerunt, si de pluribus quam mille drachmis, triginta drachmae.

In compluribus causis publicis actor πρυτανείων loco exiguam pendebat pecuniam (unam fortasse drachmam), quae παράςταςις vocabatur; a qua παραςτάςεως specie eam necesse est secernas, quae in causis privatis non solum, cum instituebantur, ab accusatore reoque arbitris data est, sed etiam, si alteruter petierat, ut comperendinationem largirentur.

§. 5. Alia vectigalia, quae Athenis exstabant, non civium ipsorum bonis imposita sunt, sed ab iis tantum solvenda fuerunt, qui rei publicae possessiones, velut metalla, praedia, domus, singula vectigalia conduxerant [3]). Quae ratio inter rerum singularum pretia ac mercedes intercesserit, quadam ex parte colligi potest ex eo, quod accepimus, qui metalla exercebant, eos, ubicumque nova inventa sit fodina, in omne tempus certam quandam pecuniam, et praeterea vicesimam quartam annuorum redituum partem solvere debuisse [4]), et quod Dyalensium decreto (C. I. A. II, 600 [Ol. 120, 1 = 300/299 a. Chr. n.]) constitutum est, ut pro praedio quinque fere milium drachmarum conductor sexcentas penderet drachmas, exiguo plus quam octavam partem pretii, et a

---

Suid. II, 2, 77, 15 sqq.; Bekker. Anecd. 240, 13 sq.; de similis modi pecunia, quam παράβολον Athenienses dixerunt, parum constat. Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 477—79; Schoemann. Griech. Alterth. I, 501, 513; Hermann. Antiq. I, 140, 12 sqq.

[1]) Cf. Dem. XLIII, 71; XLVII, 64; Polluc. VIII, 38 sq.; Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 462—465; Hermann. Antiq. I, 140, 8; Schoemann. l. c. I, 513; Telf. l. c. n. 949—955.

[2]) Harpocr. 239, 19 sq.; 384, 19 sqq.; Phot. 390, 2 sqq.; Suid. II, 2, 93, 16 sqq.; Bekk. Anecd. 230, 19; Boeckh. l. c. I, 465 sqq.; Hermann. l. c. §. 9; Schoemann. l. c.; Meieri et Schoemanni libell. „de ord. iud.“ 640 sq.; Wachsmuth. Antiq. II², 101 sq.

[3]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 414—424; 452—461; II, 51 sq.; Hermann. Antiqu. I, 126, 14; Wachsmuth. Antiqu. II², 110 sqq.; Buechsenschuetz. l. c. p. 68 sq.

[4]) Cf. Boeckh. l. c. I, 421, script. min. V, 31 sqq. (praecipue p. 34); Hermann. l. c. I, 126, 10.

Cytheriis locarium fabricae ac domus, quae septem minarum erant, quinquaginta quattuor drachmis, duodecima ferme capitis, aestimatum est; sed in hoc posteriore titulo simul est sancitum, ut tributum, si publice exigeretur, conductor in aerarium conferret, in priore vero inscriptione Dyalenses polliciti sunt, se ipsos id praestaturos esse.

§. 6. Hoc ipsum tributum ex censu[1]) non unoquoque anno, sed tantum in angustiis pecuniae publicae[2]) et ex populi

[1]) Cf. Telf. l. c. n. 903—916. Hoc tributum etiam in aliis Graeciae civitatibus fuisse, cum in universum ex Isocrat. XV, 155 sq. (ed. Benseler): [Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, οὗτος διατρίψας μὲν περὶ Θετταλίαν, ὅτ' εὐδαιμονέστατοι τῶν Ἑλλήνων ἦσαν, πλεῖστον δὲ χρόνον βιοὺς καὶ περὶ τὸν χρηματισμὸν τοῦτον γενόμενος, πόλιν δ' οὐδεμίαν καταπαγίως οἰκήσας οὐδὲ περὶ τὰ κοινὰ δαπανηθεὶς οὐδ' εἰσφορὰν εἰσενεγκεῖν ἀναγκασθεὶς — τοσοῦτον προλαβὼν πρὸς τὸ πλείω κτήσασθαι τῶν ἄλλων χιλίους μόνους στατῆρας κατέλιπεν« evincitur, tum de certis quibusdam oppidis disserte traditur: Potidaeenses, coloni Atheniensium, in magnum adducti discrimen, tributum, quo impensas in bellum faciendas sustinerent, in singula capita imposuerunt (cf. Aristot. Oecon. II, 2, 5 [1347 *a*, 18 sqq.]); Spartanos neglegentiores fuisse pendendi tributi Aristoteles narrat Politic. II, 6, 23 [1271 *b*, 10 sqq.]: Φαύλως δ' ἔχει καὶ περὶ τὰ κοινὰ χρήματα τοῖς Σπαρτιάταις. Οὔτε γὰρ ἐν τῷ κοινῷ τῆς πόλεώς ἐστιν οὐδὲν πολέμους μεγάλους ἀναγκαζομένοις πολεμεῖν, εἰσφέρουσί τε κακῶς· διὰ γὰρ τὸ τῶν Σπαρτιατῶν εἶναι τὴν πλείστην γῆν οὐκ ἐξετάζουσιν ἀλλήλων τὰς εἰσφοράς, quo liberalius singuli et cives et peregrini interdum se gessisse videntur in suppeditandis pecuniis (cf. C. I. Gr. 1511: — ὀκ]τὼ Δαρικοὺς | [τοῖς] Λακεδαιμονίοις ποτ [τ]ὸν [πόλεμον] | [ἐνν]έα μνᾶς καὶ δέκα στατῆρας | τοῖς Λακεδαιμονίοις Λυ[κ]είδα υἱός | ποτ τὸν πόλεμον | τῶν Χίων (?) τοὶ φίλοι, τοὶ τῶν —— vs. 16 διότι τὰ τάλαντα εἶ[με]ν ποτ τὸν πόλεμον; vs. 21 [τ]οὶ ἐφέστιοι τοῖς Λακεδαιμ[ονίοις] | [ποτ τὸ]ν πόλεμον χιλίους Δαρ[ικούς]; col. II: Ἔδον τοὶ Μάλιοι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀργυρίου Ϝ[ί]κατι μνᾶς etc.; Antipatrum atque Cassandrum Mytilenaeis pecunias imperasse, ex inscriptione accepimus, quae est C. I. Gr. 2166 *c*: Ἀ[ντιπ]άτρῳ γὰρ ἐπιτάξαντος χρήματα εἰς τὸμ πόλεμον εἰσφέρην, πάντων τῶν ἄλλων εἰσφερόντων Θέρσιππος παραγενόμενος πρὸς τοὺς βασίληας καὶ Ἀντίπατρον ἐκο[ύφ]ισσε τὰμ πόλιν, ἔπραξε δὲ καὶ πρὸς Κ[άσσανδρ]ον περὶ τὰς εἰς Κύπρον στρατείας καὶ ε[ἰσφόρας καὶ] μεγάλας δαπάνας εἰς μίκρον συνάγαγε; tum Siphni etiam atque Aeginae tributum huius rationis pensitabatur [Isocr. XIX, 36: τίνες γὰρ (sc. τῶν Σιφνίων) ἢ μειζόνων ἀρχῶν ἠξιώθησαν, ἢ πλείω χρήματ' εἰσήνεγκαν, ἢ κάλλιον ἐχορήγησαν, ἢ μεγαλοπρεπέστερον τὰς ἄλλας λειτουργίας ἐλειτούργησαν; C. I. Gr. 2140 vs. 11 sqq.: ἅ[μα δὲ χρημάτων | ἐνδ]ε[ί]ας οὔσας δ[ιὰ τὰν] εἰσ[φ]ο[ρ]ὰ[ν τὰν προτέραν | π]αρ[έ]χων ἱκανὸν [σῖτο]ν [πα]ρ[ὰ πάντα] | τὸν χρόνον το[ῖ]ς δεομένοις, quod decretum primi a. Chr. n. saeculi est.] Cf. Boeckh. l. c. I, 409 sq.; 413 *a*; 620.

[2]) Isaei VII, 40 (ed. Scheib.): οὗ δ' ἡ πόλις δεῖται χρημάτων, ἐν πρώτοις εἰσφέρειν καὶ μηδὲν ἀποκρύπτεσθαι τῶν ὄντων; V, 45: ἢ — εἰσφορὰς

scito [1]) ad bellum gerendum [2]) in aerarium conferebatur. Quod vero C. I. A. II, 270 (cf. Hartel. Studien über Attisches Staatsrecht und Urkundenwesen, Vindob. 1878, p. 132 sq.), quam inscriptionem Boeckhius Oec. civ. Athen I, 676 et 620 per errorem putavit ad cives quoque pertinere, memoriae proditur inquilinis tributum annuum impositum esse, quo impendia sustinerentur restituendi navalis atque armamentarii [inde ab anno 347 — usque ad annum 323 a. Chr. n.], nequaquam certo potest colligi, ut Curtius (de portub. Athen. p. 49) opinatur, civibus quoque similis rei causa pecunias imperatas esse [3]),

---

δεομένῃ τῇ πατρίδι εἰς τὸν πόλεμον εἰσενεγκὼν μεγάλα ὠφέληκας; Lys. XVIII, 21 (ed. Scheib.): Διόμνηστος καὶ ἐγὼ καὶ ὁ ἀδελφὸς ἐκ μιᾶς οἰκίας τρεῖς ὄντες τριηραρχοῦμεν καί, ὅταν ἡ πόλις δέηται χρημάτων, ἀπὸ τούτων ὑμῖν εἰσφέρομεν; C. I. A. I, 55 c, 5; Suid. I, 1, 1274, 17; I, 2, 395; cf. etiam Dem. X, 37.

[1]) Dem. III, 4: τότε τοίνυν μὴν μὲν ἦν μαιμακτηριών, πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένου παρ' ὑμῖν ἐψηφίσασθε τετταράκοντα τριήρεις καθέλκειν καὶ τοὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν αὐτοὺς ἐμβαίνειν, καὶ τάλαντα ἑξήκοντα εἰσφέρειν; Isaei frg. XVII (23, 2): ἐχρῆν δὲ αὐτὸν — ἐπὶ τὸν λογισμὸν μετὰ μαρτύρων ἐλθεῖν καὶ ἐξετάζειν ἕκαστα ἐν τῷ λόγῳ, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον παρ' ἐμοῦ πυνθανόμενον· εἰσφορὰς λογίζῃ πόσας; — κατὰ πόσον ἀργύριον εἰσενηνεγμένας; — κατὰ ποῖα ψηφίσματα; Dem. L, 8. Tributum non fuisse anniversarium titulo etiam indicatur C. I. A. II, 121 vs. 27 sq., sive Velsenum secutus legis: καὶ τὰς εἰσφοράς,
[ὁπόσαι ἂν] γ[ίγ]ν[ωνται, μ]ετὰ Ἀθηναίων εἰσφέρειν,
sive ex mea quidem coniectura: καὶ τὰς εἰσφοράς,
[ἐάν τινες] γ[ίγ]ν[ωνται, μ]ετὰ Ἀθηναίων εἰσφέρειν.
(cf. C. I. Gr. 103; Kirchhoff. Herm. II, p. 169 [cf. h. op. p. 33]).

[2]) E locorum huc spectantium multitudine hos tantum delegi: Platon. leg. XII, 949 *C*: περὶ δὲ χορείας τινῶν φοιτήσεων ἢ πομπεύσεων ἢ τοιούτων τινῶν ἄλλων κοινῶν κοσμήσεων ἢ λειτουργιῶν, ὁπόσα περὶ θυσίας εἰρηνικῆς ἢ πολεμικῶν εἰσφορῶν εἵνεκα, πάντων τῶν τοιούτων τὴν πρώτην ἀνάγκην τακτὴν εἶναι τῆς ζημίας; Lys. XXV, 12: τετριηράρχηκα μὲν γὰρ πεντάκις, καὶ τετράκις νεναυμάχηκα, καὶ εἰσφορὰς ἐν τῷ πολέμῳ πολλὰς εἰσενήνοχα; Xenoph. Oecon. II, 6: ἔτι δὲ καὶ τὴν πόλιν αἰσθάνομαι τὰ μὲν ἤδη προστάττουσαν — ἱπποτροφίας τε καὶ χορηγίας καὶ γυμνασιαρχίας καὶ προστατείας, ἢν δὲ δὴ πόλεμος γένηται, οἶδ' ὅτι καὶ τριηραρχίας καὶ εἰσφορὰς τοσαύτας σοι προστάξουσιν, ὅσας σὺ οὐ ῥᾳδίως ὑποίσεις; Dem. XX, 26; XXII, 63; L, 10; Hyperid. II, 14 (ed. Blass).

[3]) Prorsus refelli possit Boeckhii Curtiique opinio, si certum sit, tributum illud semper, ut Hartelius l. c. statuere videtur, inquilinis solvendum fuisse, non tantum rei, quae supra est commemorata, causa inde ab anno 347 usque ad annum 323 iniunctum esse; nam cives nequaquam annuo huius modi tributo adstrictos fuisse locis manifestum fit, in quibus de liturgiis ac pecuniis in bellum quidem conlatis gloriantur, non autem anniversarium quoddam tributum commemorant (velut Dem. XXI, 154—158; VIII, 70; Antiph. II β, 12

praesertim cum et e scriptorum locis (cf. Isocr. XVII, 41) et e titulis, quibus isotelia peregrinis donatur, acceperimus etiam in pecuniis ad belli usum exigendis accurate Athenienses distinxisse inquilinorum civiumque tributa (cf. C. I. A. II 121, 27 sq. [Ol. 110, 3 = 338/7 a. Chr. n.]: καί τὰς εἰςφοράς,

[ἐάν τινες] γ[ίγ]ν[ωνται, μ]ετὰ Ἀθηναίων εἰςφέρειν

et II 176, 30 sqq. [Ol. 112, 3 = 330/29]:

στρατεύεσθαι αὐτὸν τὰς
στρατιὰς καὶ τὰς εἰςφορὰς
εἰςφέρειν μετὰ Ἀθηναίων.

Neque quicquam Dem. XX, 11 sq.: »λέγονται χρήμαθ' οἱ τριάκοντα δανείσασθαι παρὰ Λακεδαιμονίων ἐπὶ τοὺς ἐν Πειραιεῖ. — λόγων δὲ γιγνομένων καὶ τῶν μὲν τοὺς δανεισαμένους ἀποδοῦναι κελευόντων, τοὺς ἐξ ἄστεος, τῶν δὲ τοῦτο πρῶτον ὑπάρξαι τῆς ὁμονοίας σημεῖον ἀξιούντων, κοινῇ διαλύσαι τὰ χρήματα, φασὶ τὸν δῆμον ἑλέσθαι συνεισενεγκεῖν αὐτὸν καὶ μετασχεῖν τῆς δαπάνης, ὥστε μὴ λῦσαι τῶν ὡμολογημένων μηδέν« sententiae, quam modo protuli, obstat; nam insolitum hoc tributum fuisse neminem fugiet, atque quam veri simillimum est, in causis, quarum una in illo titulo refertur, cives decreto evocatos sua sponte pecunias contulisse [1]).

Inferiore demum aetate et tempore quidem, cum Macedones Graecia iam potiti essent, aliter rem se habuisse ex hisce tituli, qui Herm. II, 160 editus est, verbis conicio (vs. 25 sqq.): ἐὰ|ν δέ [τις] εἰςφορὰ γίγνηται ἢ ἄλλο τι ἀπ...σισμα τρό|πῳ ὁτῳοῦν, εἰςφέρειν Εὐκράτην κατὰ τὸ τίμημα κα|θ' ἑπτὰ μνᾶς. Θεοί. — In eiusdem vero generis inscriptione (C. I. Gr. 93), quae Ol. 108, 4 (345 a. Chr. n.) adscribenda est, nulla eius modi pecuniarum mentio fit.

(ed. Blass); Lys. VII, 31; XIX, 57 (cf. XVIII, 7); XXX, 26; Isaei V, 37, 41, 45 (cf. IV, 27 et 29); Isocr. XV, 145. Sed nescio, an in sententia: »[ἐ|π]ειδὴ Νίκανδρος Ἀντιφάνους Ἰλιεὺς καὶ Πολύζ[η|λ]ος Ἀπολλοφάνους Ἐφέσιος διατε-|τελέκασιν ἐν [π]|αντὶ τῷ καιρῷ εὔνους ὄντες τῷ δήμῳ τῷ Ἀθη|ναίων καὶ κατοικοῦντες Ἀθήνησιν εἰς πολλὰ τῶ[ν σ|υ]μφερόντων τῷ δήμῳ χρήσιμοι γεγόνασιν εἴς τ|[ε] τὴν οἰκοδομίαν τῶν νεωσοίκων καὶ τῆς σκευοθή|[κ]ης εἰςφέροντες τὰς εἰςφορὰς καθ' ἕκαστον τὸν ἐ|[ν]ιαυτὸν τὰς εἰς τὰ δέκα τάλαντα καλῶς καὶ προθύ|[μ]ως ἀπὸ Θεμιστοκλέους ἄρχοντος μέχρι Κεφισοδ|[ώρ]ου« verba, quae litteris intervallo disiunctis notantur, etiam ad vocabula tantum: »εἴς τε τὴν οἰκοδομίαν τῶν νεωσοίκων καὶ τῆς σκευοθήκης« referri liceat itaque altera, quam modo posuimus, probetur loci interpretatio.

[1]) Cf. quae infra de epidosi exposuimus.

Nec licuisse, nisi potestate publice concessa, ad populum ferre, ut tributum exigeretur, titulo docemur, quem C. I. A. I, 32 (Ol. 86, 2 = 435/4 a. Chr. n.) [cf. I, 25; Suppl. I p. 9] Kirchhoffius edidit; cum enim his temporibus accuratior suppetat textus conlatio, quam quae Boeckhio praesto fuit, sensu respecto saltem non potest dubitari, quin vir ille doctissimus verum invenerit restituens *B* vs. 14 sqq.:

ἐς ἄλλ]ο δὲ μηδὲν χρῆσθα[ι τοῖς χρήμασι-]
[ν, ἐὰν μὴ τ]ὴν ἄδειαν ψηφ[ίσηται ὁ]δῆμ[ο]ς, κα[θ]άπ[ε]ρ[1]) ἐ[ὰν ἡ σκέψις ᾖ]
[περί ἐσφ]ορᾶς. ἐὰν δέ τις [εἴπῃ ἢ] ἐπιψηφ[ί]σῃ μὴ ἐ[ψηφισμένης π-]
[ω τῆς ἀδε]ίας χρῆσθαι το[ῖς χρήμ]ασιν το[ῖς] τῆς Ἀθην[αίας, ἐνεχέσθ-]
[ω τοῖς αὐτ]οῖς, οἷσπερ ἐά[ν τι (?) ἐς]φέρειν[2]) εἴ[π]ῃ ἢ ἐπι[ψηφίσῃ.]

Minus feliciter, deceptus falsa lectione, (Oec. civ. Athen. II, 59) Boeckhius locum hoc modo emendare conatus erat:

ἐς ἄλλ]ο δὲ μηδὲν χρῆς[θ]α[ι τοῖς χρήμασι-]
[ν, ἐὰν μὴ τ]ὴν ἄδειαν ψηφ[ίσηται ὁ] δῆμ[ο]ς, ἐ[ά]νπερ[1]) ἡ [ἐκκλησία γένη-]
[ται ἐπ' ἀγ]ορᾶς. ἐὰν δέ τις [εἴπῃ ἢ] ἐπιψηφ[ίς]ῃ μὴ ἐ[πεψηφισμένη-]
[ς τῆς ἀδεί]ας, χρῆσθαι το[ῖς χρήμ]ασιν τοῖ[ς] τῆς Ἀθη[ναίας, ἐνεχέσθ-]
[ω τοῖς αὐτ]οῖς, οἷσπερ ἐά[ν τις ὀ]φεί[λω]ν[2]) εἴ[π]ῃ ἢ ἐπι[ψηφίσῃ παρὰ]
[τὸν νόμο]ν.

Et altera etiam coniectura, quam ille p. 61 proposuit dicens: »Indessen ist mir auch die Vermuthung eingekommen, der Sinn der näheren Bestimmung sei: wenn berathen würde [περὶ ἐσφ]ορᾶς: denn in solchem Falle mochte man jene Gelder am ersten angreifen, um die Steuer zu vermeiden« minime adridet, quippe cum, si totius loci et in primis verborum, quae in priore sententia exstant »ἐς ἄλλο δὲ μηδὲν χρῆσθαι τοῖς χρήμασιν, ἐὰν μὴ τὴν ἄδειαν ψηφίσηται ὁ δῆμος rationem habueris, cognoscas id unum hic agi, ut potestas publice detur ad populum ferendi, ac nequaquam exspectari rem certam declaratum iri, ad quam unam pecuniis illis uti liceat, quod ut exprimatur, hac sententiarum consecutione opus sit: ἐὰν μὴ βουλεύηται περὶ ἐσφορᾶς, ἐάνπερ τὴν ἄδειαν ψηφίσηται ὁ δῆμος.

Angustior autem vocis ἀδείας notio[3]) optime explicari videtur,

---

[1]) Variae lect: Boeckh. ΕΛ.ΝΠΕΡ; Kirchoff. ΚΑ..Π.Ρ —
[2]) Tit. ΦΕΡΕΝ —
[3]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, p. 516; 580; 582 sq.; II, 40 sq.; 61;

si verba »ἄδειαν διδόναι« vel »ψηφίζεσθαι« modo »decernere, ne cui res sit fraudi, quae ceteroquin supplicio digna habeatur, ut legis alicuius vis alicuius hominis causa ad tempus tollatur«, modo »venia et incolumitate aliquem, si delictum iam commiserit, donare« significare statuimus.

Vis illa praeter titulum, quem tractamus, vocabulo inest.: apud Dem. XXIV, 46: »Ἄλλος οὗτος νόμος, οὐκ ἐῶν περὶ τῶν ἀτίμων οὐδὲ τῶν ὀφειλόντων λέγειν οὐδὲ χρηματίζειν περὶ ἀφέσεως τῶν ὀφλημάτων οὐδὲ τάξεως, ἐάν μὴ τῆς ἀδείας δοθείσης, καὶ ταύτης μὴ ἔλαττον ἢ ἑξακισχιλίων ψηφισαμένων (cf. 47; 45); Andocid. I, 77; Schol. Dem. 525, 1; C. I. A. I, 180 vs. 13 sq.:

τοῦτο τὸ χρυσίον παρέδομ[ε-]
[ν τοῖς ἐπὶ τὰς ὁπλιταγ]ωγοὺς τοῖς μετὰ Δημ[οσθένους ψηφισαμέ-
νου τοῦ δήμου τὴν] ἄδειαν;

181, 5; 7; Suppl. I p. 32; 183, 3 sq., in quibus inscriptionibus de iisdem pecuniis agitur atque in titulo, de quo disputavimus, de pecuniis Minervae sacris, cuius cognomen Πολιάς fuit. Maximi momenti interdum fuisse, si quis legem aliquam rogaturus erat, fidem publicam eum adipisci, testimonio sunt, quae Thucydides narrat II, 24, 1: καὶ χίλια τάλαντα ἀπὸ τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει χρημάτων ἔδοξεν αὐτοῖς ἐξαίρετα ποιησαμένοις χωρὶς θέσθαι, καὶ μὴ ἀναλοῦν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἄλλων πολεμεῖν. ἢν δέ τις εἴπῃ ἢ ἐπιψηφίσῃ κινεῖν τὰ χρήματα ταῦτα ἐς ἄλλο τι, ἢν μὴ οἱ πολέμιοι νηίτῃ στρατῷ ἐπιπλέωσι τῇ πόλει καὶ δέῃ ἀμύνασθαι, θάνατον ζημίαν ἐπέθεντο.

Similiter permultis locis hoc vocabulo scriptores utuntur, cum indicare volunt homini alicui licentiam esse cuiuslibet rei faciendae, velut Hyperid. frg. 44: Οἶδε γὰρ αὐτῷ δεδομένην ἄδειαν καὶ πράττειν καὶ γράφειν, ὅτι ἂν ἔμβραχυ βούληται; Dem. XIX, 289; XXII, 42; LI, 15; LVIII, 6.

Alteram vim vox habet: Lys. XXV, 28: σκέψασθαι δὲ χρή, ὅτι καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς οἱ μεγίστην δόξαν ἔχοντες καὶ μάλιστα κεκινδυνευκότες καὶ πλεῖστα ὑμᾶς ἀγαθὰ εἰργασμένοι πολλάκις ἤδη τῷ ὑμετέρῳ πλήθει διεκελεύσαντο τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς συνθήκαις ἐμμένειν, ἡγούμενοι ταύτην δημοκρατίας εἶναι φυλακήν· τοῖς μὲν γὰρ ἐξ ἄστεος ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων ἄδειαν ποιήσειν, τοῖς δ' ἐκ Πειραιῶς οὕτω πλεῖστον χρόνον τὴν πολιτείαν ἂν παραμεῖναι (cf. §. 27; VI, 37 sqq.); Antiph. V, 76 sq.; Andocid. II, 23.

Rangab. Antiquités Helleniques I, 203 sqq.; Hermann. l. c. I, 124, 2; 133, 3; Meieri et Schoemanni De ord. iud. 107; Schoemann. »de Comitiis« p. 336.

Deinde huc etiam eos locos referendos esse existimo, quibus noxae sociorum nomina aliquos detulisse memoriae proditur (Andoc. I, 11 sq.; 15; 20; 22; 34; Lys. VI, 23; 36; XIII, 55 sq.; Plut. vit. XII, 31, 2 (ed. Bekker.); XV, 21, 4; Thucyd. VI, 60, 3; 27), et persuasum mihi est errasse Hermannum (Antiq. I, 133, 3 cf. Westermann. Encycl. Paul. VI, 1 p. 1092) opinantem ex his quidem locis evinci servos ac peregrinos in eius modi causis licentia demum publice data crimina in homines potuisse deferre, quae sententia et verbis redarguitur, quibus vim legis ad rem spectantis Andocides exponit I, 20: καὶ ὁ πατὴρ ἐπείσθη ἀγῶνα τοιοῦτον ἀγωνίσασθαι, ἐν ᾧ δυοῖν τοῖν μεγίστοιν κακοῖν οὐκ ἦν αὐτῷ ἁμαρτεῖν; ἢ γὰρ ἐμοῦ δόξαντος τὰ ὄντα μηνῦσαι κατ' ἐκείνου ὑπ' ἐμοῦ ἀποθανεῖν, ἢ αὐτῷ σωθέντι ἐμὲ ἀποκτεῖναι· ὁ γὰρ νόμος οὕτως εἶχεν· εἰ μὲν τἀληθῆ μηνύσειέ τις, εἶναι τὴν ἄδειαν, εἰ δὲ τὰ ψευδῆ, τεθνάναι, et aliis locis, quibus disserte declaratur impunitatem Athenienses hominibus illis largitos esse, e. gr. Lys. VI, 43: ἀλλὰ λέξει, ὅτι μηνυτὴς ἐγένετο καὶ ἕτερος οὐδεὶς ὑμῖν ἐθελήσει μηνύειν, ἐὰν κολάζητε. Ἀνδοκίδης δὲ ἔχει τὰ μήνυτρα παρ' ὑμῶν, σώσας τὴν αὑτοῦ ψυχὴν ἑτέρων διὰ ταῦτα ἀποθανόντων; Andocid. I, 12: ἐπειδὴ δὲ ἐψηφίσαντο αὐτῷ τὴν ἄδειαν, ἔλεγεν, ὅτι ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ Πουλυτίωνος γίγνοιτο μυστήρια. Ne quis autem obiciat, servum illum non ipsum mysteria aperuisse, etiam eos, qui tantum audierant mysteria enuntiata, poena adfectos esse quam clarissime eo ostenditur, quod Polystratum, quamvis non in eorum numero relatus esset, qui mysteria fecerant, tamen occisum esse Andocides §. 13 tradidit: πρῶτος μὲν οὗτος ταῦτα ἐμήνυσε καὶ ἀπέγραψε τούτους· ὧν Πολύστρατος μὲν συνελήφθη καὶ ἀπέθανεν, οἱ δὲ ἄλλοι φεύγοντες ᾤχοντο καὶ αὐτῶν ὑμεῖς θάνατον κατέγνωτε [1]); ex ceteris locis conferas praecipue: Andocid. I, 15; VI; 36; XIII, 56; Plut. vit. XII, 31, 2; Thucyd. VI, 60, 3 [2]).

Praemissis his de condicionibus, quibus tributum civibus Atheniensibus imperatum est, fusius iam de huius muneris natura exponamus.

Recte in muneribus, quae angustiore vocis notione τέλη no-

---

[1]) Per errorem lapsum esse Goetzium, cum in interpretando hoc loco [„Der Hermokopidenprocess" ann. philol. suppl. VIII p. 553 n. 5] sententiam amplexus est de voce ἀδείας ab Hermanno propositam, Blassius iam animadvertit Ephem. Jenens. IV (1877) p. 154.

[2]) Ab his vocis notionibus alia discernenda est, qua sanctitas, ἀσφάλεια significatur, velut Dem. V, 6: πάλιν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν τῷ μὲν τῆς τέχνης προσχήματι τυγχάνοντ' ἀδείας etc.; 8; XXIV, 31.

eiusdem essent societatis, in sacrificiis obligarentur, itaque digna, quae integra referam, existimo tituli verba, quibus res ipsa inlustretur. (C. I. A. II, 610 vs. 2 sqq.):

ἐὰν δέ τις θύῃ
τῇ θεῷ τῶν ὀργεώνων, οἷς μέτεστιν τοῦ ἱεροῦ, ἀτελεῖς αὐτοὺς θύειν.
[ἐ]ὰν δὲ ἰδιώτης τις θύῃ τῇ θεῷ, διδόναι τῇ ἱερέᾳ γαλαθηνοῦ μὲν IC
[κ]αὶ τὸ δέρμα καὶ κωλῆν διανε[κ]ῆ δεξιάν, τοῦ δὲ τελέου III καὶ δέρμα καὶ
[κ]ωλῆν κατὰ ταὐτά, βοὸς δὲ [IC] καὶ τὸ δέρμα. διδόναι δὲ τὰ ἱερώσυνα τῶ-
[ν μὲ]ν θηλ[ειῶ]ν τῇ ἱερέᾳ, τῶν δὲ ἀῤῥένων τῷ ἱερεῖ.

vs. 17 sqq.

διδόναι δὲ
[τοῖς ἱ]εροποιοῖς εἰς τὴν θυσίαν ⊢⊢ δραχμὰς ἕκαστον τῶν ὀργεώνων, οἷς μέτεστι
[το]ῦ[ἱε]ροῦ, τοῦ Θαργηλιῶνος πρὸ τῆς ἕκτης ἐπὶ δέκα;

cf. Boeckh. script. min. IV, 404:
„ἐπὶ δὲ τὴν τράπεζαν κ]ωλῆν, πλευρὸν ἰσχίου, ἡμίκραιραν χορδῆς".

Apparet igitur victimarum partes, quae ut sacerdotibus darentur imperatum erat, proprie fuisse vectigal sacrorum [1]), praeterquam quod iure Boeckhius suspicatur [2]), sacerdotibus licuisse hostias solito pluris vendere.

§. 4. Ex alterius autem rationis, quam supra commemoravi, pecuniis, cum aliae in multarum numerum referantur oporteat [3]),

---

ἔδοξεν Πραξιδήμ[ῳ] τῷ ἀρχιερεῖ καὶ τοῖς ἱερεῦσι
τοῦ Ποσειδ[ῶ]νος τοῦ Λαρν[α]κίου δοῦναι
Νουμηνίῳ καὶ ἐγγόνοις, [ὅτ]αν θύωσιν,
ἀτέλε[ιαν] τῶν ἱερῶν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον —]

Mileti [Revue archéol. XXVIII (1877) p. 106: Ἦν ἓν θ[υῆτ]αι, λά[ψεται γλῶς]σαν, ὀσφὺν δασέαν, ὠρήν. Ἦν δὲ πλέω θυῆται, λάψεται ἀπ᾽ ἑκάστου ὀσφὺ[ν | δασέ]αν καὶ γλῶσσαν καὶ κωλῆν μίαν ἀπὸ πάντων. καὶ τῶν ἄλλων θεῶν τῶν | [ἐντε]μενίων, ὅσων ἱερᾶται ὁ ἱερεὼς, λάψεται τὰ γέρεα αὐτὸ καὶ κωλῆν ἀντὶ | [τῆ]ς ὠρῆς, ἢμ μὴ βασιλεὺς λαμβανῆι. Ἂν δὲ εὐστὸν θυῆι ἡ πόλις, λάψεται γλῶς | σαν, ὀσφὺν δασέαν, ὠρήν. Ἦν ξένος ἱεροποιῆι τῷ Ἀπόλλωνι, προιερᾶσθαι τῶ[ν] | ἀστῶν ὃν ἂν θελῆι ὁ ξένος, διδόναι δὲ τῶι ἱερεῖ τὰ γέρεα, ἅπερ ἡ πόλις διδοῖ.]; Halicarnassi [Boeckh. scr. min. IV, 338 sq.].

[1]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Athen. II, 121, script. min. IV, 404 sqq.; Rangab. Ant. Hell. tit. 816, 2336; Hermann. Antiqu. II, 35, 12; 13; Schoemann. Griech. Alterth. II, 434.

[2]) Oec. civ. Athen. I, 132 (cf. 140, 142, 147, 237 *b*).

[3]) In hoc numero etiam παρακαταβολή est, quam tum demum, cum causa ceciderat, actor perdidit (cf. Harpocr. 237, 10 sqq. = Phot. 384, 6 sqq.,

πρυτανεῖα [1]) tantum atque παράςταςις [2]) ad rem pertinent, quarum illa [πρυτανεῖα] in causis privatis et accusator et reus, in causis publicis iisque solis, in quibus, si res bene cesserat, lucrum fecit, actor unus solvere debebat; in privatis litibus autem, qui causa vicerat, ei ab adversario pecunia erat reddenda. Prytanea vero, si de 100—1000 drachmis litigabatur, tres drachmae fuerunt, si de pluribus quam mille drachmis, triginta drachmae.

In compluribus causis publicis actor πρυτανείων loco exiguam pendebat pecuniam (unam fortasse drachmam), quae παράςταςις vocabatur; a qua παραςτάςεως specie eam necesse est secernas, quae in causis privatis non solum, cum instituebantur, ab accusatore reoque arbitris data est, sed etiam, si alteruter petierat, ut comperendinationem largirentur.

§. 5. Alia vectigalia, quae Athenis exstabant, non civium ipsorum bonis imposita sunt, sed ab iis tantum solvenda fuerunt, qui rei publicae possessiones, velut metalla, praedia, domus, singula vectigalia conduxerant [3]). Quae ratio inter rerum singularum pretia ac mercedes intercesserit, quadam ex parte colligi potest ex eo, quod accepimus, qui metalla exercebant, eos, ubicumque nova inventa sit fodina, in omne tempus certam quandam pecuniam, et praeterea vicesimam quartam annuorum redituum partem solvere debuisse [4]), et quod Dyalensium decreto (C. I. A. II, 600 [Ol. 120, 1 = 300/299 a. Chr. n.]) constitutum est, ut pro praedio quinque fere milium drachmarum conductor sexcentas penderet drachmas, exiguo plus quam octavam partem pretii, et a

---

Suid. II, 2, 77, 15 sqq.; Bekker. Anecd. 240, 13 sq.; de similis modi pecunia, quam παράβολον Athenienses dixerunt, parum constat. Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 477—79; Schoemann. Griech. Alterth. I, 501, 513; Hermann. Antiq. I, 140, 12 sqq.

[1]) Cf. Dem. XLIII, 71; XLVII, 64; Polluc. VIII, 38 sq.; Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 462—465; Hermann. Antiq. I, 140, 8; Schoemann. l. c. I, 513; Telf. l. c. n. 949—955.

[2]) Harpocr. 239, 19 sq.; 384, 19 sqq.; Phot. 390, 2 sqq.; Suid. II, 2, 93, 16 sqq.; Bekk. Anecd. 230, 19; Boeckh. l. c. I, 465 sqq.; Hermann. l. c. §. 9; Schoemann. l. c.; Meieri et Schoemanni libell. „de ord. iud." 640 sq.; Wachsmuth. Antiq. II², 101 sq.

[3]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 414—424; 452—461; II, 51 sq.; Hermann. Antiqu. I, 126, 14; Wachsmuth. Antiqu. II², 110 sqq.; Buechsenschuetz. l. c. p. 68 sq.

[4]) Cf. Boeckh. l. c. I, 421, script. min. V, 31 sqq. (praecipue p. 34); Hermann. l. c. I, 126, 10.

Cytheriis locarium fabricae ac domus, quae septem minarum erant, quinquaginta quattuor drachmis, duodecima ferme capitis, aestimatum est; sed in hoc posteriore titulo simul est sancitum, ut tributum, si publice exigeretur, conductor in aerarium conferret, in priore vero inscriptione Dyalenses polliciti sunt, se ipsos id praestaturos esse.

§. 6. Hoc ipsum tributum ex censu[1]) non unoquoque anno, sed tantum in angustiis pecuniae publicae[2]) et ex populi

---

[1]) Cf. Telf. l. c. n. 903—916. Hoc tributum etiam in aliis Graeciae civitatibus fuisse, cum in universum ex Isocrat. XV, 155 sq. (ed. Benseler): [Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, οὗτος διατρίψας μὲν περὶ Θετταλίαν, ὅτ' εὐδαιμονέστατοι τῶν Ἑλλήνων ἦσαν, πλεῖστον δὲ χρόνον βιοὺς καὶ περὶ τὸν χρηματισμὸν τοῦτον γενόμενος, πόλιν δ' οὐδεμίαν καταπαγίως οἰκήσας οὐδὲ περὶ τὰ κοινὰ δαπανηθεὶς οὐδ' εἰσφορὰν εἰσενεγκεῖν ἀναγκασθεὶς — τοσοῦτον προλαβὼν πρὸς τὸ πλείω κτήσασθαι τῶν ἄλλων χιλίους μόνους στατῆρας κατέλιπεν« evincitur, tum de certis quibusdam oppidis disserte traditur: Potidaeenses, coloni Atheniensium, in magnum adducti discrimen, tributum, quo impensas in bellum faciendas sustinerent, in singula capita imposuerunt (cf. Aristot. Oecon. II, 2, 5 [1347 *a*, 18 sqq.]); Spartanos neglegentiores fuisse pendendi tributi Aristoteles narrat Politic. II, 6, 23 [1271 *b*, 10 sqq.]: Φαύλως δ' ἔχει καὶ περὶ τὰ κοινὰ χρήματα τοῖς Σπαρτιάταις. Οὔτε γὰρ ἐν τῷ κοινῷ τῆς πόλεώς ἐστιν οὐδὲν πολέμους μεγάλους ἀναγκαζομένοις πολεμεῖν, εἰσφέρουσί τε κακῶς· διὰ γὰρ τὸ τῶν Σπαρτιατῶν εἶναι τὴν πλείστην γῆν οὐκ ἐξετάζουσιν ἀλλήλων τὰς εἰσφοράς, quo liberalius singuli et cives et peregrini interdum se gessisse videntur in suppeditandis pecuniis (cf. C. I. Gr. 1511: — ὀκ]τὼ Δαρικοὺς | [τοῖς] Λακεδαιμονίοις ποτ [τ]ὸν [πόλεμον] | [ἐνν]έα μνᾶς καὶ δέκα στατῆρας | τοῖς Λακεδαιμονίοις Λυ[κ]είδα υἱός | ποτ τὸν πόλεμον | τῶν Χίων (?) τοὶ φίλοι, τοὶ τῶν —— vs. 16 διότι τὰ τάλαντα εἶ[με]ν ποτ τὸν πόλεμον; vs. 21 [τ]οὶ ἐφέστιοι τοῖς Λακεδαιμ[ονίοις] | [ποτ τὸ]ν πόλεμον χιλίους Δαρ[ικούς]; col. II: Ἔδον τοὶ Μάλιοι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀργυρίου F[ί]κατι μνᾶς etc.; Antipatrum atque Cassandrum Mytilenaeis pecunias imperasse, ex inscriptione accepimus, quae est C. I. Gr. 2166 *c*: Ἀ[ντιπ]άτρῳ γὰρ ἐπιτάξαντος χρήματα εἰς τὸμ πόλεμον εἰσφέρην, πάντων τῶν ἄλλων εἰσφερόντων Θέρσιππος παραγενόμενος πρὸς τοὺς βασίληας καὶ Ἀντίπατρον ἐκο[ύφ]ισσε τὰμ πόλιν, ἔπραξε δὲ καὶ πρὸς Κ[άσσανδρ]ον περὶ τᾶς εἰς Κύπρον στρατείας καὶ ε[ἰσφόρας καὶ] μεγάλας δαπάνας εἰς μίκρον συνάγαγε; tum Siphni etiam atque Aeginae tributum huius rationis pensitabatur [Isocr. XIX, 36: τίνες γὰρ (sc. τῶν Σιφνίων) ἢ μειζόνων ἀρχῶν ἠξιώθησαν, ἢ πλείω χρήματ' εἰσήνεγκαν, ἢ κάλλιον ἐχορήγησαν, ἢ μεγαλοπρεπέστερον τὰς ἄλλας λειτουργίας ἐλειτούργησαν; C. I. Gr. 2140 vs. 11 sqq.: ἅ[μα δὲ χρημάτων | ἐνδ]ε[ί]ας οὔσας δ[ιὰ τὰν] εἰσ[φ]ο[ρ]ὰ[ν τὰν προτέραν | π]αρ[έ]χων ἱκανὸν [σῖτο]ν [πα]ρ[ὰ πάντα] | τὸν χρόνον το[ῖ]ς δεομένοις, quod decretum primi a. Chr. n. saeculi est.] Cf. Boeckh. l. c. I, 409 sq.; 413 *a*; 620.

[2]) Isaei VII, 40 (ed. Scheib.): οὗ δ' ἡ πόλις δεῖται χρημάτων, ἐν πρώτοις εἰσφέρειν καὶ μηδὲν ἀποκρύπτεσθαι τῶν ὄντων; V, 45: ἢ — εἰσφορὰς

scito [1]) ad bellum gerendum [2]) in aerarium conferebatur. Quod vero C. I. A. II, 270 (cf. Hartel. Studien über Attisches Staatsrecht und Urkundenwesen, Vindob. 1878, p. 132 sq.), quam inscriptionem Boeckhius Oec. civ. Athen I, 676 et 620 per errorem putavit ad cives quoque pertinere, memoriae proditur inquilinis tributum annuum impositum esse, quo impendia sustinerentur restituendi navalis atque armamentarii [inde ab anno 347 — usque ad annum 323 a. Chr. n.], nequaquam certo potest colligi, ut Curtius (de portub. Athen. p. 49) opinatur, civibus quoque similis rei causa pecunias imperatas esse [3]),

δεομένῃ τῇ πατρίδι εἰς τὸν πόλεμον εἰσενεγκὼν μεγάλα ὠφέληκας; Lys. XVIII, 21 (ed. Scheib.): Διόμνηστος καὶ ἐγὼ καὶ ὁ ἀδελφὸς ἐκ μιᾶς οἰκίας τρεῖς ὄντες τριηραρχοῦμεν καί, ὅταν ἡ πόλις δέηται χρημάτων, ἀπὸ τούτων ὑμῖν εἰσφέρομεν; C. I. A. I, 55 *c*, 5; Suid. I, 1, 1274, 17; I, 2, 395; cf. etiam Dem. X, 37.

[1]) Dem. III, 4: τότε τοίνυν μὴν μὲν ἦν μαιμακτηριών, πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένου παρ' ὑμῖν ἐψηφίσασθε τετταράκοντα τριήρεις καθέλκειν καὶ τοὺς μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα ἐτῶν αὐτοὺς ἐμβαίνειν, καὶ τάλαντα ἑξήκοντα εἰσφέρειν; Isaei frg. XVII (23, 2): ἐχρῆν δὲ αὐτὸν — ἐπὶ τὸν λογισμὸν μετὰ μαρτύρων ἐλθεῖν καὶ ἐξετάζειν ἕκαστα ἐν τῷ λόγῳ, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον παρ' ἐμοῦ πυνθανόμενον· εἰσφορὰς λογίζῃ πόσας; — κατὰ πόσον ἀργύριον εἰσενηνεγμένας; — κατὰ ποῖα ψηφίσματα; Dem. L, 8. Tributum non fuisse anniversarium titulo etiam indicatur C. I. A. II, 121 vs. 27 sq., sive Velsenum secutus legis: καὶ τὰς εἰσφορὰς,

[ὁπόσαι ἂν] γ[ίγ]ν[ωνται, μ]ετὰ Ἀθηναίων εἰσφέρειν,

sive ex mea quidem coniectura: καὶ τὰς εἰσφορὰς,

[ἐάν τινες] γ[ίγ]ν[ωνται, μ]ετὰ Ἀθηναίων εἰσφέρειν.

(cf. C. I. Gr. 103; Kirchhoff. Herm. II, p. 169 [cf. h. op. p. 33]).

[2]) E locorum huc spectantium multitudine hos tantum delegi: Platon. leg. XII, 949 *C*: περὶ δὲ χορείας τινῶν φοιτήσεων ἢ πομπεύσεων ἢ τοιούτων τινῶν ἄλλων κοινῶν κοσμήσεων ἢ λειτουργιῶν, ὁπόσα περὶ θυσίας εἰρηνικῆς ἢ πολεμικῶν εἰσφορῶν εἵνεκα, πάντων τῶν τοιούτων τὴν πρώτην ἀνάγκην τακτὴν εἶναι τῆς ζημίας; Lys. XXV, 12: τετριηράρχηκα μὲν γὰρ πεντάκις, καὶ τετράκις νεναυμάχηκα, καὶ εἰσφορὰς ἐν τῷ πολέμῳ πολλὰς εἰσενήνοχα; Xenoph. Oecon. II, 6: ἔτι δὲ καὶ τὴν πόλιν αἰσθάνομαι τὰ μὲν ἤδη προστάττουσαν — ἱπποτροφίας τε καὶ χορηγίας καὶ γυμνασιαρχίας καὶ προστατείας, ἢν δὲ δὴ πόλεμος γένηται, οἶδ' ὅτι καὶ τριηραρχίας καὶ εἰσφορὰς τοσαύτας σοι προστάξουσιν, ὅσας σὺ οὐ ῥᾳδίως ὑποίσεις; Dem. XX, 26; XXII, 63; L, 10; Hyperid. II, 14 (ed. Blass).

[3]) Prorsus refelli possit Boeckhii Curtiique opinio, si certum sit, tributum illud semper, ut Hartelius l. c. statuere videtur, inquilinis solvendum fuisse, non tantum rei, quae supra est commemorata, causa inde ab anno 347 usque ad annum 323 iniunctum esse; nam cives nequaquam annuo huius modi tributo adstrictos fuisse locis manifestum fit, in quibus de liturgiis ac pecuniis in bellum quidem conlatis gloriantur, non autem anniversarium quoddam tributum commemorant (velut Dem. XXI, 154—158; VIII, 70; Antiph. II β, 12

praesertim cum et e scriptorum locis (cf. Isocr. XVII, 41) et e titulis, quibus isotelia peregrinis donatur, acceperimus etiam in pecuniis ad belli usum exigendis accurate Athenienses distinxisse inquilinorum civiumque tributa (cf. C. I. A. II 121, 27 sq. [Ol. 110, 3 = 338/7 a. Chr. n.]: καί τὰς εἰσφορὰς,
[ἐάν τινες] γ[ίγ]ν[ωνται, μ]ετὰ Ἀθηναίων εἰσφέρειν
et II 176, 30 sqq. [Ol. 112, 3 = 330/29]:
στρατεύεσθαι αὐτὸν τὰς
στρατιὰς καὶ τὰς εἰσφορὰς
εἰσφέρειν μετὰ Ἀθηναίων.

Neque quicquam Dem. XX, 11 sq.: »λέγονται χρήμαθ' οἱ τριάκοντα δανείσασθαι παρὰ Λακεδαιμονίων ἐπὶ τοὺς ἐν Πειραιεῖ. — λόγων δὲ γιγνομένων καὶ τῶν μὲν τοὺς δανεισαμένους ἀποδοῦναι κελευόντων, τοὺς ἐξ ἄστεος, τῶν δὲ τοῦτο πρῶτον ὑπάρξαι τῆς ὁμονοίας σημεῖον ἀξιούντων, κοινῇ διαλύσαι τὰ χρήματα, φασὶ τὸν δῆμον ἑλέσθαι συνεισενεγκεῖν αὐτὸν καὶ μετασχεῖν τῆς δαπάνης, ὥστε μὴ λῦσαι τῶν ὡμολογημένων μηδέν« sententiae, quam modo protuli, obstat; nam insolitum hoc tributum fuisse neminem fugiet, atque quam veri simillimum est, in causis, quarum una in illo titulo refertur, cives decreto evocatos sua sponte pecunias contulisse [1]).

Inferiore demum aetate et tempore quidem, cum Macedones Graecia iam potiti essent, aliter rem se habuisse ex hisce tituli, qui Herm. II, 160 editus est, verbis conicio (vs. 25 sqq.): ἐὰ|ν δέ [τις] εἰσφορὰ γίγνηται ἢ ἄλλο τι ἀπ...σισμα τρό|πῳ ὁτῳοῦν, εἰσφέρειν Εὐκράτην κατὰ τὸ τίμημα κα|θ' ἑπτὰ μνᾶς. Θεοί. — In eiusdem vero generis inscriptione (C. I. Gr. 93), quae Ol. 108, 4 (345 a. Chr. n.) adscribenda est, nulla eius modi pecuniarum mentio fit.

(ed. Blass); Lys. VII, 31; XIX, 57 (cf. XVIII, 7); XXX, 26; Isaei V, 37, 41, 45 (cf. IV, 27 et 29); Isocr. XV, 145. Sed nescio, an in sententia: »[ἐ|π]ειδὴ Νίκανδρος Ἀντιφάνους Ἰλιεὺς καὶ Πολύζ[η|λ]ος Ἀπολλοφάνους Ἐφέσιος διατε-|τελέκασιν ἐν [π]|αντὶ τῷ καιρῷ εὔνους ὄντες τῷ δήμῳ τῷ Ἀθη|ναίων καὶ κατοικοῦντες Ἀθήνησιν εἰς πολλὰ τῶ[ν σ|υ]μφερόντων τῷ δήμῳ χρήσιμοι γεγόνασιν εἴς τ|[ε] τὴν οἰκοδομίαν τῶν νεωσοίκων καὶ τῆς σκευοθή|[κ]ης εἰσφέροντες τὰς εἰσφορὰς καθ' ἕκαστον τὸν ἐ|[ν]ιαυτὸν τὰς εἰς τὰ δέκα τάλαντα καλῶς καὶ προθύ|[μ]ως ἀπὸ Θεμιστοκλέους ἄρχοντος μέχρι Κεφισοδ|[ώρ]ου« verba, quae litteris intervallo disiunctis notantur, etiam ad vocabula tantum: »εἴς τε τὴν οἰκοδομίαν τῶν νεωσοίκων καὶ τῆς σκευοθήκης« referri liceat itaque altera, quam modo posuimus, probetur loci interpretatio.

[1]) Cf. quae infra de epidosi exposuimus.

Nec licuisse, nisi potestate publice concessa, ad populum ferre, ut tributum exigeretur, titulo docemur, quem C. I. A. I, 32 (Ol. 86, 2 = 435/4 a. Chr. n.) [cf. I, 25; Suppl. I p. 9] Kirchhoffius edidit; cum enim his temporibus accuratior suppetat textus conlatio, quam quae Boeckhio praesto fuit, sensu respecto saltem non potest dubitari, quin vir ille doctissimus verum invenerit restituens *B* vs. 14 sqq.:

ἐϲ ἄλλ]ο δὲ μηδὲν χρῆϲθα[ι τοῖϲ χρήμαϲι-]
[ν, ἐὰν μὴ τ]ὴν ἄδειαν ψηφ[ίϲηται ὁ]δῆμ[ο]ϲ, κα[θ]άπ[ε]ρ[1]) ἐ[ὰν ἡ ϲκέψιϲ ᾖ]
[περί ἐϲφ]ορᾶϲ. ἐὰν δέ τιϲ [εἴπῃ ἢ] ἐπιψηφ[ί]ϲῃ μὴ ἐ[ψηφιϲμένηϲ π-]
[ω τῆϲ ἀδε]ίαϲ χρῆϲθαι το[ῖϲ χρήμ]αϲιν το[ῖϲ] τῆϲ Ἀθην[αίαϲ, ἐνεχέϲθ-]
[ω τοῖϲ αὐτ]οῖϲ, οἷϲπερ ἐά[ν τι (?) ἐϲ]φέρειν[2]) εἴ[π]ῃ ἢ ἐπι[ψηφίϲῃ.]

Minus feliciter, deceptus falsa lectione, (Oec. civ. Athen. II, 59) Boeckhius locum hoc modo emendare conatus erat:

ἐϲ ἄλλ]ο δὲ μηδὲν χρῆϲ[θ]α[ι τοῖϲ χρήμαϲι-]
[ν, ἐὰν μὴ τ]ὴν ἄδειαν ψηφ[ίϲηται ὁ] δῆμ[ο]ϲ, ἐ[ά]νπερ[1]) ἡ [ἐκκληϲία γένη-]
[ται ἐπ' ἀγ]ορᾶϲ. ἐὰν δέ τιϲ [εἴπῃ ἢ] ἐπιψηφ[ίϲ]ῃ μὴ ἐ[πεψηφιϲμένη-]
[ϲ τῆϲ ἀδεί]αϲ, χρῆϲθαι το[ῖϲ χρήμ]αϲιν τοῖ[ϲ] τῆϲ Ἀθη[ναίαϲ, ἐνεχέϲθ-]
[ω τοῖϲ αὐτ]οῖϲ, οἷϲπερ ἐά[ν τιϲ ὀ]φεί[λω]ν[2]) εἴ[π]ῃ ἢ ἐπι[ψηφίϲῃ παρὰ]
[τὸν νόμο]ν.

Et altera etiam coniectura, quam ille p. 61 proposuit dicens: »Indessen ist mir auch die Vermuthung eingekommen, der Sinn der näheren Bestimmung sei: wenn berathen würde [περὶ ἐϲφ]ορᾶϲ: denn in solchem Falle mochte man jene Gelder am ersten angreifen, um die Steuer zu vermeiden« minime adridet, quippe cum, si totius loci et in primis verborum, quae in priore sententia exstant »ἐϲ ἄλλο δὲ μηδὲν χρῆϲθαι τοῖϲ χρήμαϲιν, ἐὰν μὴ τὴν ἄδειαν ψηφίϲηται ὁ δῆμοϲ rationem habueris, cognoscas id unum hic agi, ut potestas publice detur ad populum ferendi, ac nequaquam exspectari rem certam declaratum iri, ad quam unam pecuniis illis uti liceat, quod ut exprimatur, hac sententiarum consecutione opus sit: ἐὰν μὴ βουλεύηται περὶ ἐϲφορᾶϲ, ἐάνπερ τὴν ἄδειαν ψηφίϲηται ὁ δῆμοϲ.

Angustior autem vocis ἀδείαϲ notio[3]) optime explicari videtur,

[1]) Variae lect: Boeckh. ΕΛ.ΝΠΕΡ; Kirchoff. ΚΑ..Π.Ρ —
[2]) Tit. ΦΕΡΕΝ —
[3]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, p. 516; 580; 582 sq.; II, 40 sq.; 61;

si verba »ἄδειαν διδόναι« vel »ψηφίζεσθαι« modo »decernere, ne cui res sit fraudi, quae ceteroquin supplicio digna habeatur, ut legis alicuius vis alicuius hominis causa ad tempus tollatur«, modo »venia et incolumitate aliquem, si delictum iam commiserit, donare« significare statuimus.

Vis illa praeter titulum, quem tractamus, vocabulo inest.: apud Dem. XXIV, 46: »Ἄλλος οὗτος νόμος, οὐκ ἐῶν περὶ τῶν ἀτίμων οὐδὲ τῶν ὀφειλόντων λέγειν οὐδὲ χρηματίζειν περὶ ἀφέσεως τῶν ὀφλημάτων οὐδὲ τάξεως, ἐὰν μὴ τῆς ἀδείας δοθείσης, καὶ ταύτης μὴ ἔλαττον ἢ ἑξακισχιλίων ψηφισαμένων (cf. 47; 45); Andocid. I, 77; Schol. Dem. 525, 1; C. I. A. I, 180 vs. 13 sq.:

τοῦτο τὸ χρυσίον παρέδομ[ε-]
[ν τοῖς ἐπὶ τὰς ὁπλιταγ]ωγοὺς τοῖς μετὰ Δημ[οσθένους ψηφισαμένου τοῦ δήμου τὴν] ἄδειαν;

181, 5; 7; Suppl. I p. 32; 183, 3 sq., in quibus inscriptionibus de iisdem pecuniis agitur atque in titulo, de quo disputavimus, de pecuniis Minervae sacris, cuius cognomen Πολιάς fuit. Maximi momenti interdum fuisse, si quis legem aliquam rogaturus erat, fidem publicam eum adipisci, testimonio sunt, quae Thucydides narrat II, 24, 1: καὶ χίλια τάλαντα ἀπὸ τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει χρημάτων ἔδοξεν αὐτοῖς ἐξαίρετα ποιησαμένοις χωρὶς θέσθαι, καὶ μὴ ἀναλοῦν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἄλλων πολεμεῖν. ἢν δέ τις εἴπῃ ἢ ἐπιψηφίσῃ κινεῖν τὰ χρήματα ταῦτα ἐς ἄλλο τι, ἢν μὴ οἱ πολέμιοι νηίτῃ στρατῷ ἐπιπλέωσι τῇ πόλει καὶ δέῃ ἀμύνασθαι, θάνατον ζημίαν ἐπέθεντο.

Similiter permultis locis hoc vocabulo scriptores utuntur, cum indicare volunt homini alicui licentiam esse cuiuslibet rei faciendae, velut Hyperid. frg. 44: Οἶδε γὰρ αὐτῷ δεδομένην ἄδειαν καὶ πράττειν καὶ γράφειν, ὅτι ἂν ἔμβραχυ βούληται; Dem. XIX, 289; XXII, 42; LI, 15; LVIII, 6.

Alteram vim vox habet: Lys. XXV, 28: σκέψασθαι δὲ χρή, ὅτι καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς οἱ μεγίστην δόξαν ἔχοντες καὶ μάλιστα κεκινδυνευκότες καὶ πλεῖστα ὑμᾶς ἀγαθὰ εἰργασμένοι πολλάκις ἤδη τῷ ὑμετέρῳ πλήθει διεκελεύσαντο τοῖς ὅρκοις καὶ ταῖς συνθήκαις ἐμμένειν, ἡγούμενοι ταύτην δημοκρατίας εἶναι φυλακήν· τοῖς μὲν γὰρ ἐξ ἄστεος ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων ἄδειαν ποιήσειν, τοῖς δ' ἐκ Πειραιῶς οὕτω πλεῖστον χρόνον τὴν πολιτείαν ἂν παραμεῖναι (cf. §. 27; VI, 37 sqq.); Antiph. V, 76 sq.; Andocid. II, 23.

Rangab. Antiquités Helleniques I, 203 sqq.; Hermann. l. c. I, 124, 2; 133, 3; Meieri et Schoemanni De ord. iud. 107; Schoemann. »de Comitiis« p. 336.

Deinde huc etiam eos locos referendos esse existimo, quibus noxae sociorum nomina aliquos detulisse memoriae proditur (Andoc. I, 11 sq.; 15; 20; 22; 34; Lys. VI, 23; 36; XIII, 55 sq.; Plut. vit. XII, 31, 2 (ed. Bekker.); XV, 21, 4; Thucyd. VI, 60, 3; 27), et persuasum mihi est errasse Hermannum (Antiq. I, 133, 3 cf. Westermann. Encycl. Paul. VI, 1 p. 1092) opinantem ex his quidem locis evinci servos ac peregrinos in eius modi causis licentia demum publice data crimina in homines potuisse deferre, quae sententia et verbis redarguitur, quibus vim legis ad rem spectantis Andocides exponit I, 20: καὶ ὁ πατὴρ ἐπείcθη ἀγῶνα τοιοῦτον ἀγωνίcαcθαι, ἐν ᾧ δυοῖν τοῖν μεγίcτοιν κακοῖν οὐκ ἦν αὐτῷ ἁμαρτεῖν; ἢ γὰρ ἐμοῦ δόξαντοc τὰ ὄντα μηνῦcαι κατ' ἐκείνου ὑπ' ἐμοῦ ἀποθανεῖν, ἢ αὐτῷ cωθέντι ἐμὲ ἀποκτεῖναι· ὁ γὰρ νόμοc οὕτωc εἶχεν· εἰ μὲν τἀληθῆ μηνύcειέ τιc, εἶναι τὴν ἄδειαν, εἰ δὲ τὰ ψευδῆ, τεθνάναι, et aliis locis, quibus disserte declaratur impunitatem Athenienses hominibus illis largitos esse, e. gr. Lys. VI, 43: ἀλλὰ λέξει, ὅτι μηνυτὴc ἐγένετο καὶ ἕτεροc οὐδεὶc ὑμῖν ἐθελήcει μηνύειν, ἐὰν κολάζητε. Ἀνδοκίδηc δὲ ἔχει τὰ μήνυτρα παρ' ὑμῶν, cώcαc τὴν αὑτοῦ ψυχὴν ἑτέρων διὰ ταῦτα ἀποθανόντων; Andocid. I, 12: ἐπειδὴ δὲ ἐψηφίcαντο αὐτῷ τὴν ἄδειαν, ἔλεγεν, ὅτι ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ Πουλυτίωνοc γίγνοιτο μυcτήρια. Ne quis autem obiciat, servum illum non ipsum mysteria aperuisse, etiam eos, qui tantum audierant mysteria enuntiata, poena adfectos esse quam clarissime eo ostenditur, quod Polystratum, quamvis non in eorum numero relatus esset, qui mysteria fecerant, tamen occisum 'esse Andocides §. 13 tradidit: πρῶτοc μὲν οὗτοc ταῦτα ἐμήνυcε καὶ ἀπέγραψε τούτουc· ὧν Πολύcτρατοc μὲν cυνελήφθη καὶ ἀπέθανεν, οἱ δὲ ἄλλοι φεύγοντεc ᾤχοντο καὶ αὐτῶν ὑμεῖc θάνατον κατέγνωτε [1]); ex ceteris locis conferas praecipue: Andocid. I, 15; VI; 36; XIII, 56; Plut. vit. XII, 31, 2; Thucyd. VI, 60, 3 [2]).

Praemissis his de condicionibus, quibus tributum civibus Atheniensibus imperatum est, fusius iam de huius muneris natura exponamus.

Recte in muneribus, quae angustiore vocis notione τέλη no-

---

[1]) Per errorem lapsum esse Goetzium, cum in interpretando hoc loco [„Der Hermokopidenprocess“ ann. philol. suppl. VIII p. 553 n. 5] sententiam amplexus est de voce ἀδείαc ab Hermanno propositam, Blassius iam animadvertit Ephem. Jenens. IV (1877) p. 154.

[2]) Ab his vocis notionibus alia discernenda est, qua sanctitas, ἀcφάλεια significatur, velut Dem. V, 6: πάλιν τοίνυν, ὦ ἄνδρεc Ἀθηναῖοι, κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν τῷ μὲν τῆc τέχνηc προcχήματι τυγχάνοντ' ἀδείαc etc.; 8; XXIV, 31.

minabantur, tributum, unde tolerabantur belli impensae, nos reposuisse atque a liturgiis segregasse, in primis legum diversitate confirmatur, quae de utriusque generis muneribus valebant [1]). Nam cum sancitum sit, ne quis duabus eodem anno fungeretur liturgiis, (cf. part. II *A*, cap. I §. 2 *b*) ideoque ille, qui orationem Demosthen. L contra Polyclem habebat, in eo sit gloriatus, quod trierarchiam obiisset simulque pro aliis pecuniam in antecessum dedisset [2]): trierarchis etiam tributum illud praestandum fuisse, Demosthenes ipse testatur XX, 28 his verbis: οὐκοῦν οἱ μὲν ἐλάττω κεκτημένοι τοῦ τριηραρχίας ἄξια ἔχειν ἐν ταῖς εἰσφοραῖς συντελοῦσιν εἰς τὸν πόλεμον, οἱ δ' ἐφικνούμενοι τοῦ τριηραρχεῖν εἰς ἀμφότερα ὑμῖν ὑπάρξουσιν χρήσιμοι, καὶ τριηραρχεῖν καὶ εἰσφέρειν [3]). Patet enim oratorem hoc loco indicare, quibus officiis, cum in eadem causa sint, et ii, quibus facultates sint sufficientes ad trierarchiam suscipiendam, et ii, qui possideant bona minora, quam quibus huic obligentur muneri, satisfacere debeant, nec fieri potest, quin verba illa ita interpretemur, ut trierarchis, si opus fuerit, tributum quoque statuamus solvendum fuisse et respuamus Bakii opinionem l. c. p. 160 dicentis: „Sic enim ex iisdem symoriis — alii non aliud nisi εἰσέφερον, alii ἐφικνούμενοι τοῦ τριηραρχεῖν εἰς ἀμφότερα ὑπῆρχον χρήσιμοι καὶ τριηραρχεῖν καὶ (nempe quo anno trierarchia non fungebantur) εἰσφέρειν (cf. p. 158)"; quae sententia, praeterquam quod, si haec exprimere voluisset Demosthenes, eum his potius verbis arbitror usurum fuisse: εἰς ἀμφότερα ὑμῖν ὑπάρξουσιν χρήσιμοι, οἱ μὲν εἰς τὸ τριηρ-

[1]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 594 sq., 621; Hermann. l. c. I, 162; Bakius, qui Schol. hypomn. IV p. 165 (cf. etiam p. 136 sq.) trierarchos tributo ad belli usum imperato liberatos esse ex Dem. XX, 19 (οἱ μὲν τοίνυν πλουσιώτατοι τριηραρχοῦντες ἀεὶ τῶν χορηγιῶν ἀτελεῖς ὑπάρχουσιν) consequi opinatus est, cum verbis, quae §. 21 exstant: πόσοι δήποτ' εἰσὶν οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας λειτουργοῦντες, χορηγοὶ καὶ γυμνασίαρχοι καὶ ἑστιάτορες effici voce χορηγιῶν solemnia tantum munera significari non videret (cf. p. 53), et Rosenkranzius („de choregia et choreutarum numero" Rostoch. 1873, p. 5) hoc tributum in liturgiarum numerum referunt, cuius sententiae olim etiam Schoemannus fuit (de comit. p. 291).

[2]) Dem. L, 9: καὶ τούτων ἐγὼ οὐδεμίαν πρόφασιν ποιησάμενος, οὔτε ὅτι τριηραρχῶ καὶ οὐκ ἂν δυναίμην δύο λειτουργίας λειτουργεῖν οὐδ' οἱ νόμοι ἐῶσιν, ἔθηκα τὰς προεισφορὰς πρῶτος.

[3]) Non est, cur cum Westermanno haec verba glossema esse (cf. ed. p. 193) statuamus; nam neque in eo offendere possis, quod in appositione articulus deest (cf. Kuehner. Gramm. II, 575 *c*) neque in eo, quod praepositio non iteratur, si consideres, in sententiis comparativis plerumque praepositionem non repeti (cf. Kuehner. l. c. 479).

αρχεῖν, οἱ δὲ εἰς τὸ εἰςφέρειν, vel: εἰς ἀμφότερα ὑμῖν ὑπάρξουσιν χρήσιμοι τότε μὲν — τότε δὲ —, ex alia quoque causa redarguenda videtur. Nam Demosthenes XIV, 19 sq., postquam explicavit, quem ad modum trierarchorum collegia ordinanda censeret, uberius exponit, qua ratione sumptus praeter trierarchorum munera ad triremes instruendas (cf. §. 9: τοὺς μὲν πολέμους ἅπαντας ἀναγκαίως ἡγοῦμαι τριήρων καὶ χρημάτων καὶ τόπων δεῖσθαι) necessarii optime in singulas symmorias distribuantur. In iis enim, quae secuntur, iam non de trierarchis unis agi ostenditur verbis: „κελεύω, ἐπειδὴ τὸ τίμημά ἐστι τὸ τῆς χώρας (cf. p. 35 sqq.) ἑξακισχιλίων ταλάντων, ἵν' ὑμῖν καὶ τὰ χρήματα ᾖ συντεταγμένα, διελεῖν τοῦτο καὶ ποιῆσαι καθ' ἑξήκοντα τάλαντα ἑκατὸν μέρη, εἶτα πέντε ἑξηκονταταλαντίας εἰς ἑκάστην τῶν μεγάλων τῶν εἴκοσι συμμοριῶν ἐπικληρῶσαι“, quippe cum non ad illos tantum spectaverit τὸ τίμημα τὸ τῆς χώρας (cf. p. 35); et si sententiam: ὅπως ἐὰν μὲν ὑμῖν ἑκατὸν δέῃ τριήρων, τὴν μὲν δαπάνην ἑξήκοντα τάλαντα συντελῇ, τριήραρχοι δ' ὦσι δώδεκα, ἐὰν δὲ διακοσίων, τριάκοντα μὲν ᾖ τάλαντα τὴν δαπάνην συντελοῦντα, ἓξ δὲ σώματα τριηραρχοῦντα, ἐὰν δὲ τριακοσίων, εἴκοσι μὲν ᾖ τάλαντα τὴν δαπάνην διαλύοντα, τέτταρα δὲ σώματα τριηραρχοῦντα attente legeris, non poterit te fugere scriptorem impensas illas aperte dilucideque opponere officiis ditissimorum hominum, ad trierarchiam ipsam pertinentibus. Nonne autem, si, qui trierarchia fungebantur, iis tributum propter hoc ipsum munus remissum esset, huius rei hoc loco Demosthenes mentionem facere debebat? Nonne Bakii sententia confutatur verbis: τὴν μὲν δαπάνην ἑξήκοντα τάλαντα συντελῇ etc.? An, si ille recte iudicasset, oratorem, cum centum triremes armari deberent, sumptus, ad unam navem spectantes, in omnia sexagena singularum symmoriarum talenta divisum iri, dicturum fuisse quis putabit?[1]) Sed

---

[1]) Nihil ad rem, in quam nobis inquirendum fuit, Xenophontis locus valet, qui a Boeckhio Oec. civ. Ath. I, 621 *e* adlatus est, Oec. II, 6: ἔτι δὲ καὶ τὴν πόλιν αἰσθάνομαι τὰ μὲν ἤδη σοι προστάττουσαν ἱπποτροφίας τε καὶ χορηγίας καὶ γυμνασιαρχίας καὶ προστατείας, ἢν δὲ δὴ πόλεμος γένηται, οἶδ' ὅτι καὶ τριηραρχίας καὶ εἰσφορὰς τοσαύτας προστάξουσιν, ὅσας σὺ οὐ ῥᾳδίως ὑποίσεις; opponuntur enim inter se munera Critobulo et bello et pace praestanda neque ex hoc loco decerni licet, num una cum trierarchia tributum an separatim utrumque officium debuerit fieri. Minime vero sententiae, quam defendo, repugnat Lys. XXI, 3: τὸν δὲ μεταξὺ χρόνον ἐτριηράρχουν ἑπτὰ ἔτη, καὶ ἓξ τάλαντα ἀνήλωσα. καὶ τοσαύτας δαπάνας δαπανώμενος καὶ καθ' ἡμέραν ὑπὲρ ὑμῶν κινδυνεύων καὶ ἀποδημῶν, ὅμως εἰσφορὰν

obiecerit aliquis, Bakii opinionem defensurus, non fuisse in numero pecuniarum, quae τίμημα τῆς χώρας nominabantur, census trierarchorum, qui re vera trierarchiam susceperint. At ex Demosthenis verbis sex illa milia censum scriptoris aetatis fuisse apparet, cum orator, si dubitationem, quae modo proposita est, ratam esse crederes, eum potius respicere debuisset censum, qui effectus esset aucto trierarchorum numero; quod sane hunc fere in modum indicasset: ἐπειδὴ τὸ τίμημα ἂν εἴη τὸ τῆς χώρας.

Deinde eum, qui tributum contulerit, nequaquam ex lege liturgiarum sollemnium immunitate fructum esse Demosthenes ipse eo declarat, quod de trierarchis ac de iis locutus, qui tributum pensitabant, illis tantum hoc privilegium fuisse hisce significat verbis (XX, 27): δίδοτ' ἐν τιμῆς μέρει ταῦθ', ἃ καὶ μὴ λαβοῦσιν ἔστιν ἔχειν τοῖς τοῦ τριηραρχεῖν ἄξια κεκτημένοις (cf. §. 19).

Tum orbi, quamvis omnium immunes essent liturgiarum [1]), tributum rei familiaris solvere debebant [2]).

τὴν μὲν τριάκοντα μνᾶς, τὴν δὲ τετρακισχιλίας δραχμὰς εἰσενήνοχα, cum is, qui loquitur, sumptum ac magnificentiam munerum praedicare velit. Minoris etiam momenti loci sunt summatim dicti, velut Dem. XXIV, 92: ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα διοικεῖν ἐστι διὰ ψηφισμάτων καὶ νόμων τοῖς μὲν εἰσφέρειν ἐπιτάττοντας, τοὺς δὲ τριηραρχεῖν κελεύοντας, τοὺς δὲ πλεῖν, τοὺς δ' ἕκαστα ποιεῖν ὧν δεῖ, quo cum loco componas quaeso Dem. II, 30: εἰ δὲ τοῖς μὲν ὥσπερ ἐκ τυραννίδος ὑμῶν ἐπιτάττειν ἀποδώσετε, τοῖς δ' ἀναγκάζεσθαι τριηραρχεῖν, εἰσφέρειν, στρατεύεσθαι, τοῖς δὲ ψηφίζεσθαι κατὰ τούτων μόνον, ἄλλο δὲ μηδ' ὁτιοῦν συμπονεῖν, οὐχὶ γενήσεται τῶν δεόντων ὑμῖν οὐδὲν ἐν καιρῷ.

[1]) Part. II *A*, Cap. I, §. 2 *a*.

[2]) Dem. XXVII, 7: εἰς γὰρ τὴν συμμορίαν ὑπὲρ ἐμοῦ συνετάξαντο κατὰ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς πεντακοσίας δραχμὰς εἰσφέρειν, ὅσονπερ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος καὶ οἱ τὰ μέγιστα κεκτημένοι τιμήματα εἰσέφερον; 8; XXVIII, 4: ἔτι δὲ καὶ αὐτὸς Ἄφοβος μετὰ τῶν συνεπιτρόπων τῇ πόλει τὸ πλῆθος τῶν καταλειφθέντων χρημάτων ἐμφανὲς ἐποίησεν ἡγεμόνα με τῆς συμμορίας καταστήσας οὐκ ἐπὶ μικροῖς τιμήμασι; 7 sq.; 11; XXIX, 59; Isaei frgm. 23 (p 17 n. 1). Minus apte, ut iam Wachsmuthius Antiq. II² p. 98 cognovit, ad rem inlustrandam Boeckhius l. c. p. 621 *d* (cf. p. 668) locum commemoravit, qui est Dem. XXI, 157: „ἡγεμὼν συμμορίας ὑμῖν ἐγενόμην ἐγὼ ἔτη δέκα, ἴσον Φορμίωνι καὶ Λυσιθείδῃ καὶ Καλλαίσχρῳ καὶ τοῖς πλουσιωτάτοις, εἰσφέρων οὐκ ἀπὸ ὑπαρχούσης οὐσίας (ὑπὸ γὰρ τῶν ἐπιτρόπων ἀπεστερήμην, ἀλλ' ἀπὸ τῆς δόξης, ὧν ὁ πατήρ μοι κατέλιπε καὶ ὧν δίκαιον ἦν με δοκιμασθέντα κομίσασθαι)“; verba enim, quae exeunte sententia sunt posita et praecipue plusquamperfecti temporis forma ἀπεστερήμην testimonio sunt, non de tributis a tutoribus eius nomine conlatis, sed ut in antecedentibus enuntiatis de muneribus, quae iam ipse, cum excessisset e pueris, praestabat (cf. §. 154, 156), ita hoc quoque loco, de iis oratorem loqui

Quam munerum differentiam tenentes et veteres grammatici omnes, quos sciam, vocem εἰςφορᾶς interpretati sunt τέλεςμα[1]), et ipsi scriptores, cum proprie dixerunt, tributum, quod ex censu conlatum est, a liturgiis disiunxerunt: Isocr. XV, 145: εἰς δὲ τοὺς διακοσίους καὶ χιλίους τοὺς εἰςφέροντας καὶ λειτουργοῦντας οὐ μόνον αὐτὸν παρέχεις ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τρὶς μὲν ἤδη τετριηραρχήκατε, τὰς δ' ἄλλας λειτουργίας πολυτελέςτερον λελειτουργήκατε καὶ κάλλιον, ὧν οἱ νόμοι προςτάττουςιν; Dem. XLII, 3: ἀναγκαῖόν ἐςτιν εἰς τὴν ἐμὴν τάξιν πειρᾶςθαι καθιςτάναι τὸν οὐ μόνον ἐμοῦ νῦν ὄντα πλουςιώτερον ἀλλὰ καὶ πρότερον καὶ οὐδεπώποτ' οὐδὲν λελειτουργηκότα ὑμῖν οὐδ' εἰςενηνοχότα τῇ πόλει; Dem. XLVII, 54: ἀλλ' ὑπὸ λειτουργιῶν καὶ τῶν εἰςφορῶν καὶ τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίας τὰ μὲν ἐνέχυρα κεῖται αὐτῶν, τὰ δὲ πέπραται; Lysiae XVIII, 7: ςυνῄδεςαν γὰρ ἅπαςιν αὐτοῖς ὑπὸ τῆς πόλεως τιμωμένοις, καὶ πολλαχοῦ μὲν ὑπὲρ ὑμῶν κεκινδυνευκόςι, μεγάλας δ' εἰςφορὰς εἰςενηνοχόςι καὶ λελειτουργηκόςι κάλλιςτα, καὶ τῶν ἄλλων οὐδενὸς πώποτ' ἀποςτᾶςιν, ὧν ἡ πόλις αὐτοῖς προςέταξεν, ἀλλὰ προθύμως λειτουργοῦςι; duobus, quos postremo attuli, locis trierarchiam vocibus λειτουργιῶν ac λελειτουργηκόςι contineri ex orationis prioris §§. 23, 48—50, 56, 78 et ex posterioris §. 21 consequitur; etiam Antiph. II, γ 8: καὶ δ' εἰςφοραί

tributis, quae ipse toga virili induta pensitabat. Accedit, quod Demosthenes suum ipsius in rem publicam studium conferens cum Midiae neglegentia tributis suo nomine a tutoribus factis minime uti potuit quasi argumento, quo oratorem omnibus rebus bonum publicum anteferre ostenderetur, quippe cum Midiae tributa illa non Demosthenis, sed tutorum studii fuisse documentum respondere liceret. Ceterum ipse scholiasta, quamvis id praecipue his verbis oratorem egisse, ut perstringeret tutores, per errorem iudicaret, recte tamen locum ad illud tempus spectare contendit, cum Demosthenes in civium numerum iam adscriptus esset [„τῶν γὰρ ἐπιτρόπων λεγόντων, ὅτι εἰς τὴν ςυμμορίαν ἐξαναλώθη τὰ χρήματα λειτουργούντων ἡμῶν ὑπὲρ τῆς ςῆς οἰκίας, Δημοςθένης φηςίν, ὅτι, ὅτε ἀπεςτερήθην τῶν χρημάτων, τότε ἠρξάμην λειτουργεῖν". — Argumentum, quod Boeckhius l. c. protulit dicens: „Der Name bezeichnet einen Dienst für das gemeine Wesen — auch einen solchen, welchen der gedungene oder dem Staate eigene Diener — leistet: woraus allein schon geschlossen werden kann, dass zu den Liturgieen nur unmittelbar geleistete Dienste gehören, wie Choregie, Trierarchie u. dgl., nicht aber die Vermögensteuer", omittendum arbitror, cum iis, qui dissentiunt, munus quoque, quod προειςφοράν nominabant, a liturgiis discernendum esse eodem iure contendere possint. Si quis vero adfirmet tum demum, cum tributum in antecessum datum in liturgiarum numero positum sit, vocis vim esse dilatatam, illi obicere possint, antiquis iam temporibus hanc notionem vocabulo subiectam esse.

[1]) Cf. quae infra de vocis τέλους notione tractavimus.

καὶ χορηγίαι εὐδαιμονίας μὲν ἱκανὸν σημεῖόν ἐστι, τοῦ δὲ μὴ ἀποκτεῖναι τἀναντία« huc referri licet, cum haec verba spectent ad sententiam, quae II, β 12 posita est: »ἐμὲ δὲ ἐκ τῶν προειργασμένων γνώσεσθε οὔτε ἐπιβουλεύοντα οὔτε τῶν οὐ προσηκόντων ὀρεγόμενον, ἀλλὰ τὰ ἐναντία τούτων πολλὰς μὲν καὶ μεγάλας εἰσφορὰς εἰσφέροντα, πολλὰ δὲ τριηραρχοῦντα, λαμπρῶς δὲ χορηγοῦντα, πολλοῖς δὲ ἐρανίζοντα; denique confer Lys. XX, 23, Demosth. LII, 26; quibus locis, quamquam necessario in verbis λειτουργιῶν et λειτουργεῖν subaudiendum esse »trierarchias« et »trierarchias praestare« pro certo adfirmari nequit, huic interpretationi nihil est impedimento.

Ut autem levissimos esse locos, qui ex prima statim fronte iudicanti cum sententia, quae modo proposita est, discrepare videntur, plane cognoscas, cunctos, quos equidem invenerim, iam adscripturus sum: Isaei IV, 29: καὶ ὑπὲρ μὲν ὑμῶν οὔτε στρατείαν οὐδεμίαν ἐστράτευται οὔτε εἰσφορὰν οὐδεμίαν εἰσενήνοχε — οὔτ' ἄλλ' οὐδὲν ὑμῖν λελειτούργηκεν; XI, 50: οὐδὲ γὰρ ἐλειτούργουν διὰ τοῦτό γ' ἧττον οὐδέν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰσφερόντων ἦν καὶ τῶν τὰ προσταττόμενα ὑμῖν ἅπαντα ποιούντων; Lys. VII, 31: ἐγὼ γὰρ τὰ ἐμοὶ προστεταγμένα ἅπαντα προθυμότερον πεποίηκα, ὡς ὑπὸ τῆς πόλεως ἠναγκαζόμην, καὶ τριηραρχῶν καὶ εἰσφορὰς εἰσφέρων καὶ χορηγῶν καὶ τἆλλα λειτουργῶν οὐδενὸς ἧττον πολυτελῶς τῶν πολιτῶν; Isocr. VIII, 20: καθ' ἑκάστην δὲ τὴν ἡμέραν πρὸς εὐπορίαν ἐπιδώσομεν, ἀναπεπαυμένοι — τῶν εἰσφορῶν καὶ τῶν τριηραρχιῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ τὸν πόλεμον λειτουργιῶν; Lys. XXV, 12: τετριηράρχηκα μὲν γὰρ πεντάκις, καὶ τετράκις νεναυμάχηκα, καὶ εἰσφορὰς ἐν τῷ πολέμῳ πολλὰς εἰσενήνοχα, καὶ τἆλλα λελειτούργηκα οὐδενὸς χεῖρον τῶν πολιτῶν; Dem. XXII, 65 (= XXIV, 172): πότεροι αὐτῷ δοκοῦσιν ἀδικεῖν μᾶλλον τὴν πόλιν, οἱ γεωργοῦντες καὶ φειδόμενοι, διὰ παιδοτροφίας δὲ καὶ οἰκεῖα ἀναλώματα καὶ λειτουργίας ἑτέρας ἐλλελοιπότες εἰσφοράν, ἢ οἱ τὰ τῶν ἐθελησάντων εἰσενεγκεῖν χρήματα καὶ τὰ παρὰ συμμάχων κλέπτοντες καὶ ἀπολλύντες; Omnibus his locis verba λειτουργιῶν et λειτουργεῖν vi latius patente, qua unumquodque fere genus munerum publicorum significatur[1]), accipi possunt, quod iudicium, si tres, quos

[1]) Dicitur enim haec vox e. gr. in tributis Antiph. V, 77: οὐκ ἔστιν — ἥστινος λειτουργίας ἡ πόλις ἐνδεὴς γεγένηται, οὔτε ἡ ὑμετέρα οὔτε ἡ Μιτυληναίων, ἀλλὰ καὶ χορηγίας χορηγεῖ καὶ τέλη κατατίθησιν (cf. de hoc loco Boeckh. l. c. I, 652); in militia: Lys. XXXI, 15: ὑπολείπεται τοίνυν

prius commemoravi, locos respicias, certis quibusdam argumentis etiam confirmatur: Isaei enim orationis IV §. 27 hae voces reperiuntur: αὐτοὶ δὲ οὗτοι — στρατεύονται καὶ εἰcφέρουcι καὶ τἆλλα πάντα ποιοῦcι τὰ προcταττόμενα καὶ αὐτοὺc — κοcμίουc παρέχουcιν, quibus verbis omnino respondere: »οὔτε cτρατείαν ἐcτράτευται, οὔτε εἰcφορὰν οὐδεμίαν εἰcενήνοχε — οὔτ' ἄλλ' οὐδὲν ὑμῖν λελειτούργηκεν« non est, cur neges; altero et tertio loco interpretatio, quam defendo, eo maxime nititur, quod vocabulo »ἐλειτούργουν« oppositae sunt voces in universum dictae: καὶ τῶν εἰcφερόντων — καὶ τῶν τὰ προcταττόμενα ὑμῖν ἅπαντα ποιούντων et τὰ ἐμοὶ προcτεταγμένα ἅπαντα προθυμότερον πεποίηκα« [cf. Dem. XXIX, 24: πάντεc γὰρ κέκτηνται τοcαύτην οὐcίαν, ὥcτε καὶ λειτουργεῖν ὑμῖν προθύμωc καὶ τὰ προcταττόμενα ποιεῖν; XLVII, 48: ἐμὲ ἠδίκηcαν λειτουργοῦντα καὶ ὑμῖν προθύμωc, ποιοῦντα δὲ τὰ προcταττόμενα; LIV, 44; Isocr. VIII, 128; XV, 150; Lys. XVIII, 7 (cf. p. 25)] [1]).

Quibus omnibus perpensis iam vides, quae sit Ulpiani auctoritas tributum, de quo tractamus, in liturgias adnumerantis [2]).

αὐτῷ λέγειν, ὡc τῷ μὲν cώματι δι' ἀcθένειάν τινα γενομένην ἀδύνατοc κατέcτη βοηθῆcαι εἰc τὸν Πειραιᾶ, ἀπὸ δὲ τῶν ὑπαρχόντων ἐπαγγειλάμενοc αὐτὸc ἢ χρήματ' εἰcενεγκεῖν εἰc τὸ πλῆθοc τὸ ὑμέτερον ἢ ὁπλίcαι τινὰc τῶν ἑαυτοῦ δημοτῶν, ὥcπερ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν πολιτῶν αὐτοὶ οὐ δυνάμενοι λειτουργεῖν τοῖc cώμαcιν; Lys. XIX, 58; Dem. X, 28; in magistratuum muneribus: Andocid. I, 132: ἀλλὰ τοὐναντίον λειτουργεῖν οὗτοι προὐβάλλοντο, πρῶτον μὲν γυμναcίαρχον Ἡφαιcτείοιc, ἔπειτα ἀρχιθεωρὸν εἰc Ἰcθμὸν καὶ Ὀλυμπίαζε, εἶτα δὲ ταμίαν ἐν πόλει τῶν ἱερῶν χρημάτων; C. I. A. II, 381, cuius tituli vs. 60 sqq., postquam de designatoris officiis verba sunt facta, haec secuntur: καὶ τὰc ἄλλαc δὲ πάcαc λειτουργίαc λελειτούργηκεν φιλοτίμωc; C. I. A. II, 454, 20 sq. ad prytanum scribam et quaestorem pertinet sententia: ὅπωc οὖν καὶ ἡ βου[λὴ φαίνηται] | [τοῖc — — — τὰc λ]ειτουργίαc ἀπονέμουcα τ[ὰc ἀξίαc τιμάc]; in epheborum muneribus: C. I. A. II, 481, 22 sq.: ἔν τε ταῖc φυλακαῖc καὶ | [τῶν τει]χῶν κ[αὶ τοῦ Π]ειραιέωc ἀνελ[λιπῶc π]εποιῆcθαι τῇ πατρίδι [τ]ὴν λειτουργ[ία]ν; 316, 10 sqq.; 467, 28 sq.: τοῖc τε προηρ(ο)cίοιc ἤραντο τοὺc βοῦc ἐν Ἐλευcῖνι καὶ ἐλειτούργηcαν | ἐν τῷ ἱερῷ εὐτάκτωc; 482, 46 sq., 481, 54 sq.

[1]) Isocr. VIII, 20 verba ita quoque explicari possint, ut vocibus: »καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ τὸν πόλεμον λειτουργιῶν« solum ad vocabula: »τῶν τριηραρχιῶν« relatis »ἱπποτροφίαν« ac »προειcφορὰν« indicari statuamus.

[2]) Commemoratis trierarchia, choregia, sollemnibus epulis tribulium gratia factis, gymnasiarchia, tributo ex censu conlato (ad Dem. 465, 28) »αὗται ἦcαν« inquit »παρ' αὐτοῖc αἱ λειτουργίαι, αἱ μὲν πρὸc εἰρήνην, αἱ δὲ πρὸc πόλεμον; cf. etiam Schol. 457, 8: »ἔθοc δὲ ἦν παρὰ Ἀθηναίοιc τοὺc

Quem ad modum vero in singulos cives hoc tributum divisum sit, diiudicaturis duae censendi rationes nobis discernendae sunt, ea, quam Solon primus secutus est, et ea, quae Nausinico archonte (378 a. Chr. n.) in usum venit. De censu, quem Solon instituit[1], Pollux VIII, 129 haec narrat: Τιμήματα δ' ἦν τέτταρα· πεντακοσιομεδίμνων, ἱππέων, Ζευγιτῶν, θητικῶν· οἱ μὲν ἐκ τοῦ πεντακόσια μέτρα ξηρὰ καὶ ὑγρὰ ποιεῖν κληθέντες, ἀνάλισκον δ' εἰς τὸ δημόσιον τάλαντον· οἱ δὲ τὴν ἱππάδα τελοῦντες ἐκ μὲν τοῦ δύνασθαι τρέφειν ἵππους κεκλῆσθαι δοκοῦσιν, ἐποίουν δὲ μέτρα τριακόσια, ἀνάλισκον δὲ ἡμιτάλαντον· οἱ δὲ Ζευγήσιον τελοῦντες ἀπὸ διακοσίων μέτρων κατελέγοντο, ἀνάλισκον δὲ μνᾶς δέκα· οἱ δὲ θητικὸν οὐδεμίαν ἀρχὴν ἦρχον οὐδὲ ἀνάλισκον οὐδέν« [2]. Agrorum igitur possessionibus civium facultates tum aestimabantur et ad eas solum summae spectarunt, de quibus Pollux mentionem facit; neque tributum anniversarium neque ipsum tributum extra ordinem imperatum Pollucis verbis significari Boeckhius iam l. c. I, 647—649 [cf. p. 652] quam clarissime demonstrasse videtur ideoque, ne multus sim, omitto rem iterum tractare id unum monens, utrique huic sententiae summarum in primis magnitudinem obstare. Itaque censendum est summas illas in magistratuum tabulis idcirco fuisse, ut ex iis definiretur, quantam quisque pecuniam, si opus esset, in aerarium deberet conferre. Accuratius vero explanans numeros, qui a Polluce sunt commemorati, Solonem ex reditibus facultates ipsas computantem ita versatum esse Boeckhius adfirmat, ut, cum studeret, ne nimio bona locarentur, annuos fructus duodecimam tantum capitis partem putaret — ut Isaei etiam tempore octonae centesimae in singulos annos agri cuiusdam locarium fuit[3]) — et cum, quo cuique civi minores essent fructus, eo minora quoque arbitraretur imponi debere munera, legislatorem decrevisse, ut primae classis facultates totae, alterius

---

εὐεργέτας τῆς πόλεως λαμβάνειν διαφόρους τιμὰς ἢ χαλκῆν εἰκόνα ἢ σίτησιν ἐν πρυτανείῳ ἢ ἀτέλειαν, ἀλλ' οὐ πασῶν τῶν λειτουργιῶν· οὐδέποτε γὰρ ἐλάμβανον οὔτε τῶν τριηραρχιῶν οὔτε τῶν εἰσφορῶν τοῦ πολέμου ἀτέλειαν.

[1]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 653 sqq.; Hermann. Antiqu. I, 108, 5 sqq.; 162, 3; Curtii Hist. Gr. I[4], 315 sq.; Schoemann. Gr. Alterth. I, 482; Bakii Schol. hypomnem. IV, 123; Lips. ann. philol. CXVII, 290.

[2]) Cf. Plutarch. vit. VII, 18, 1; XXVI, 1, 2; Schol. Platon. leg. XI, 915 *B* et Boeckh. l. c. p. 645 c.

[3]) Isaei XI, 42: Θεοφῶν τῇ θυγατρὶ αὑτοῦ ἔδωκεν ἀγρὸν μὲν Θριᾶσι πένθ' ἡμιτάλαντα εὑρίσκοντα, οἰκίαν δὲ Μελίτῃ τρισχιλίων ἐωνημένην, ἄλλην δὲ Ἐλευσῖνι πεντακοσίων· ἐδάφη μὲν ταῦτα, ἀφ' ὧν ἡ μίσθωσις τοῦ μὲν ἀγροῦ δώδεκα μναῖ, τῶν δὲ οἰκιῶν τρεῖς.

tertiaeque classium ex certis quibusdam partibus in tabulas referrentur, unde tributum computarent magistratus. Quodsi Plutarcho auctore[1]) frumenti medimnum drachma aestimes, in primam classem eos receptos esse consequitur, quorum minimus census sex milia, in alteram eos, quorum census tria milia sexcentae, in tertiam eos, quorum census duo milia quadringentae drachmae erant; qui igitur in altera classe conscripti erant, quinque sextas facultatum profitebantur, qui tertiae classis erant, quinque duodecimas[2]). De qua sententia Bakio, — ut omittam, quod longius progressus Solonis temporibus ne fictam quidem praediorum aestimationem fieri potuisse[3]) non dubitavit adfirmare, — inanis, quod equidem cognoscam, scrupulus iniectus est: dicit enim l. c. p. 124: »de tributis, quae Pisistratidis pependerunt Athenienses, gravissimi auctoris disserto testimonio novimus ἐκ τῶν γιγνομένων soluta fuisse; neque credibile est Pisistratum quidquam innovasse in hoc quidem Solonis instituto«. At ex ipsis Thucydidis verbis[4]) (VI, 54, 5): καὶ ἐπετήδευσαν ἐπὶ πλεῖστον δὴ οἱ τύραννοι οὗτοι ἀρετὴν καὶ ξύνεσιν καὶ Ἀθηναίους εἰκοστὴν μόνον πρασσόμενοι τῶν γιγνομένων τήν τε πόλιν αὐτῶν καλῶς διεκόσμησαν καὶ τοὺς πολέμους διέφερον καὶ ἐς τὰ ἱερὰ ἔθυον· τὰ δὲ ἄλλα αὐτὴ ἡ πόλις τοῖς πρὶν κειμένοις νόμοις ἐχρῆτο, πλὴν καθ' ὅσον ἀεί τινα ἐπεμέλοντο σφῶν αὐτῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς εἶναι, liquet Pisistratidas in imperando illo tributo a Solonis lege in eo praecipue discessisse, quod unoquoque anno pecunias exegerunt. Quid? non potuit fieri, ut tyranni, cum tributum anniversarium Atheniensibus imponere coepissent, iidem non e praediorum pretio, sed e fructu summas definirent? Deinde cur, si re vera reditibus tributum iniungere voluisset, non hos ipsos pro fundamento quasi posuisset Solon in reputandis pecuniis? Nonne si id spectasset, summis illis ex multiplicatione summarum simplicium, quingentarum, trecentarum, ducen-

[1]) Vit. VII, 23, 3: εἰς μέν γε τὰ τιμήματα τῶν θυσιῶν λογίζεται πρόβατον καὶ δραχμὴν ἀντὶ μεδίμνου.

[2]) Num Boeckhius l. c. I, 647 neglegens Plutarchi et grammaticorum testimonia legemque respiciens, quae exstat Dem. XLIII, 54, recte contenderit tertiae classis minimum censum centum quinquaginta medimnos fuisse, quae est et fontium et argumentorum inopia, in medio relinquendum esse puto. Cf. Schoemann. »Verfassungsgeschichte Athens« p. 23; Telfii Corp. iur. Att. p. 532; Hermann. Antiq. I, 108, 9.

[3]) l. c. p. 125.

[4]) Cf. Boeckh. l. c. I, 444. Pisistratus iam decimam redituum partem Atheniensibus iniunxit; cf. Diogen. Laert. I, 2, 6 (ed. Cobet).

tarum drachmum effectis praeter rem implicavisset computationem? Denique nemo certe invenietur, qui summis, quas Pollux tradidit, maximas pecunias significari adseveret, quas, si res coegerint, cives singuli pendere debuerint; cum enim inde a Nausinico archonte in prima classe quintam tantum rei familiaris partem mox demonstraturi simus destinatam esse, unde tributum efficeretur, et Athenienses etiam Demosthenis aetate aegre tulerint, si duodecima huius summae pars exacta sit [1]), a vero plane abhorret antecedenti tempore duodecies tantum, quam quantum ex agris redibat, maximum fuisse tributum, quod civibus primae classis imperari potuerit [2]).

Quae difficultates cunctae evanescent, si Boeckhii secutus eris sententiam, qui tributum, quod e Solonis lege imperabatur, ad praediorum census spectasse et fructuum, quos praedia reddebant, legislatorem rationem habuisse in reputandis solum agrorum pretiis statuebat [3]).

In quo censu quamvis non aperte rettulerint scriptores, quid iam ante Nausinicum archontem mutatum esset, tamen cum Boeckhio [4]) atque Schoemanno [5]) statuendum puto — etsi nomina singularum

---

[1]) Dem. XIV, 27 (cf. p. 36, 44 sq.).

[2]) Ceterum nihil fere ad rem disceptandam valent, quae veteres grammatici tradunt, velut Phot. 110, 1 sqq.: Ἱππάϲ· Σόλων τοὺϲ νόμουϲ Ἀθηναίοιϲ γράψαϲ εἰϲ πέντε τέλη τὸ πᾶν πλῆθοϲ αὐτῶν διέταξε καὶ τῶν κατὰ τὰϲ οὐϲίαϲ τιμημάτων; scriptor lexic. Seguer. (Bekker. Anecdot.) 267, 13: Ἱππὰϲ γένοϲ Ἀθήνηϲιν, οἱ ποιοῦντεϲ τριακόϲια μέτρα, οἳ ἀνὰ λόγον τῆϲ οὐϲίαϲ εἶχον τὸ τέλοϲ.

[3]) Hoc obiciendum est etiam verbis, quae Rodbertus (Jahrb. f. Nationalökonomie u. Statistik VIII p. 453 n. 75) fecit: „Wie diese (scil. die solon. Volkstheilung) nach dem muthmasslichen Ertrage und nicht nach dem Capitalwerte der Grundstücke abgemessen war und also die nach dieser Eintheilung aufgelegten Lasten Ertragssteuern waren“ etc. Argumenta, quae Telfius l. c. p. 533 ad explodendum Boeckhii iudicium protulit, vana esse ac futilia, uberius demonstrari debere non arbitror; neglexit enim, ubicumque, quo maior res familiaris esset, eo maior gradatim huius pars in aerarium conferretur, fieri non posse, quin, si tributa duorum hominum componeres, quorum alteri maximus alicuius classis, alteri minimus alterius proximaeque classis census esset, primo adspectu iniuste ea definita esse viderentur, sed quo quis maioribus facultatibus abundaret, eo maiori quaestui eundem servire posse. (cf. Chlupp. Systematisches Hülfsbuch der directen Steuern im Kaisertum Oesterreich. ed. III. p. 223 sq.).

[4]) Oec. civ. Ath. I, 656.

[5]) Griech. Alterth. I, 483 sq.; „Verfassungsgesch. Ath.“ p. 24 sq. Ad quem locum Hermanni verba spectarent [Antiq. I, 162, 3]: „gegen Boeckhs Bedenken S. 656, ob auch später noch, wie nach Solons Classeneintheilung nur das Landeigenthum besteuert worden sei, Schoe-

classium etiam posteriore aetate mansisse videntur[1]) — simulac negotiatio Athenis increvit beneque cessit, tum non eos solum, quibus praedia fuerint, sed negotiatores quoque tributis obligatos esse. Et servis quidem his temporibus in censenda re familiari locum fuisse Isocr. XVII,[2]) 49 testatur („ὃς τὸν μὲν παῖδα, ὃν αὐτὸς ἠφάνισεν, ὑφ' ἡμῶν ἔφασκεν ἀνδραποδισθῆναι, τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον ἀπεγράψατο μὲν ἐν τοῖς τιμήμασιν ὡς δοῦλον μετὰ τῶν οἰκετῶν τῶν ἄλλων, ἐπεὶ δ' αὐτὸν ἠξίου Μενέξενος βασανίζειν, ἀφῃρεῖθ' ὡς ἐλεύθερον ὄντα).

Quae autem census, qui Nausinico archonte est institutus, ratio fuerit, e Demosthenis loco explorandum est, qui exstat XXVII, 7: „τὸ δὲ πλῆθος τῆς οὐσίας ὅτι τοῦτ' ἦν τὸ καταλειφθὲν, μέγιστοι μὲν αὐτοὶ μάρτυρές μοι γεγόνασιν [εἰς γὰρ τὴν συμμορίαν ὑπερ ἐμοῦ συνεταξαντο κατὰ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς πεντακοσίας δραχμὰς εἰςφέρειν, ὅσονπερ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος καὶ οἱ τὰ μέγιστα κεκτημένοι τιμήματα εἰςέφερον“ [3]).

Boeckhius[4]) rem ita explanavit, ut diceret Demosthenem a tutoribus inter eos symmoritas conscribi iussum esse, quorum quisque totius rei familiaris quintam partem profiteri debuisset, ad eamque sententiam Hermannus[5]), Bakius[6]), Curtius[7]), Schoemannus[8]) se applicaverunt, nisi quod hic summas, quae in tabulis referebantur, ipsos reditus potius, quam certas quasdam facultatum partes intellegendas existimat. Prorsus aliter Rodbertus[9]) iudicavit adfir-

---

mann, Verf. Gesch. §. 25, so wenig auch dieser sich im Grunde selbst gleich bleibt“, non potui reperire.

[1]) C. I. A. II, 14, 12: πεντακοσιομεδίμνων; quem titulum Koehlerus Ol. 98, 2 = 387/6 a. Chr. n. adscripsit; cf. Boeckh. l. c.; Schoemann. Antiq. iuris publ. Graeci p. 321 n. 9.

[2]) Hanc orationem non post annum 392 a. Chr. n. haberi potuisse Blassius docet („die attische Beredsamkeit“ II p. 210).

[3]) Cf. XXIX, 59: πρὸς μὲν τὴν συμμορίαν ὑπὲρ παιδὸς ὄντος ἐμοῦ πέντε μνᾶς συνετάξατ' εἰςφέρειν, ὅσονπερ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος καὶ οἱ τὰ μέγιστα κεκτημένοι τιμήματα εἰςέφερον. Isaei frg. XVII, (23, 2): εἰςφορὰς λογίζῃ πόσας; [τόσας καὶ τόσας]· κατὰ πόσον ἀργύριον εἰςενηνεγμένας; [κατὰ τόσον καὶ τόσον].

[4]) l. c. I, 667 sqq.

[5]) Antiqu. I, 171, 3; 4.

[6]) l. c. p. 141 sq.

[7]) Hist. Graec. III[4], 448. 478. 573; comparative tantum hic vir doctus p. 448 verba posuit: „Es war also nur eine nach billigem Verhältnisse steigende Einkommensteuer.“

[8]) Griech. Alterth. I, 484 sq.

[9]) l. c. p. 453, n. 75.

mans oratorem in ea symmoria fuisse, cui pro quinis, quae rediissent, drachmis singulae drachmae pensitandae essent, et haec interpretatio tamquam unice vera a C. Wachsmuthio [1]) comprobatur, refutatur a Lipsio [2]), Boeckhii sententiam defendente; sed Wolfius iam »Proleg. in orat. Lept.« 99 »quodam tempore reperimus« inquit, »eos quintam partem annuorum redituum contulisse« [3]).

Cum futurum sit, ut inquirentibus in vocis τιμήματος vim angustiorem (eamque ad rem pertinentem) simul nobis apertum fiat, quid de unaquaque grammaticorum opinione iudicemus, illam notionem iam ad disputationem deducamus.

Omnino ad penitus perspiciendam tributi, quod Atheniensibus imponebatur, naturam maximi momenti esse cognoscere, quid sit τὸ τίμημα [4]), vel ex eo liquet, quod, ut iam paulo ante, ita etiam post Nausinicum archontem pro summae, quam Athenis τίμημα appellabant, magnitudine tributum conlatum esse aperte traditur: legimus enim C. I. A. I, 55, quae decreta »pertinere ad expeditionem in Siciliam suscipiendam ideoque anno Ol. 91, 1 exeunti esse tribuenda« Kirchoffius suspicatur, frg. c vs. 1 sq.:

[ἐά]|ντε ἀπὸ τοῦ τιμήματος δοκῆ[ι — — — — — — — ἐάν]
τε τὴμ πόλιν ἀναλοῦν, ὅσον ἂ[ν δέῃ — — τὰ]
ς ἑξήκοντα ναῦς ἐὰμ προς [— — — — — — δεδογ]
μένον ᾖ εἰσφέρειν, ὅταν δέη[ι — —;

Isocr. XVII, 49: τὸν αὐτὸν δὲ τοῦτον ἀπεγράψατο μὲν ἐν τοῖς τιμήμασιν ὡς δοῦλον μετὰ οἰκετῶν τῶν ἄλλων (Ol. 97, 1).

Dem. XXVIII, 4: ἔτι δὲ καὶ αὐτὸς Ἄφοβος μετὰ τῶν συνεπιτρόπων τῇ πόλει τὸ πλῆθος τῶν καταλειφθέντων χρημάτων ἐμφανὲς ἐποίησεν, ἡγεμόνα με τῆς συμμορίας καταστήσας οὐκ ἐπὶ μικροῖς τιμήμασι, ἀλλ' ἐπὶ τηλικούτοις, ὥστε κατὰ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς πεντακοσίας εἰσφέρειν; 7: φαίνεσθε — οὐδὲ ταῦτα ἀποφαίνοντες, ἐξ ὧν τιμησάμενοι τὰς εἰσφορὰς εἰσεφέρετε; cf. Dem. XXVII, 7; XXIX, 59 (p. 31).

---

[1]) »Die Stadt Athen« I, 581 n. 1 et 2.

[2]) l. c. p, 289 sqq.; Gomperzius quoque Boeckhii sententiam secutus est (»Demosthenes d. Staatsmann« Vindob. 1864, p. 30 n. 6).

[3]) Cf. not. »l« (ed. Dindorf).

[4]) Quae veteres grammatici velut Harpocratio 289, 8 sqq., Phot. 589, 23 sqq., Etym. Magn. 758, 51 sqq., Suidas II, 2, 1137, 16 sqq. (»λέγεται δὲ καὶ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἰσφερόμενον παρ' ἑκάστου τίμημα«) memoriae prodiderunt, levissima sunt; unus tantum, quod sciam, Schol. Dem. 606, 24 simulans peritum se esse huius rei narrat: »εἰσφοράν] ὅτι τὸ εἰκοστὸν τῆς οὐσίας κατεβάλλοντο ἐν ταῖς εἰσφοραῖς οἱ Ἀθηναῖοι (A. R.).

C. I. Gr. 103, quam locationis tabulam aut anno Ol. 114, 4 aut Ol. 115, 3 factam esse Boeckhius arbitratur, vs. 7 sqq.:
ἐὰν δέ τις εἰςφορὰ γίνηται ἀπὸ τῶν χωρίων τοῦ τιμήματος,
τοὺς δημότας ε[ἰ-
σφέρειν;
inscriptionis, de qua, a Weschero primo (Revue archéol. 1865 p. 352) edita, fusius tractat Kirchhoffius Herm. II p. 169 eamque temporibus adscribit, cum Macedonum reges Graecia iam potiti sint, vs. 25 sq.:

ἐά-
ν δέ [τις] εἰςφορὰ γίγνηται ἢ ἄλλο τι ἀπ...σισμα τρό-
πῳ ὁτῳοῦν, εἰςφέρειν Εὐκράτην κατὰ τὸ τίμημα κα-
θ' ἑπτὰ μνᾶς. Θεοί.

Ante omnia id debet observari, non totius rei familiaris pretium [1]), sed partem tantum eius Athenienses professos esse; Demosthenes enim, cum ostendere conaretur, quantas divitias a patre relictas tutores profudissent, ex summa, quae delata erat, calculis demum subductis reputavit facultatum magnitudinem dicens XXVII, 9: „Δῆλον μὲν τοίνυν καὶ ἐκ τούτων ἐστὶ τὸ πλῆθος τῆς οὐσίας· πεντεκαίδεκα ταλάντων γὰρ τρία τάλαντα τίμημα“ eoque ipso indicat non tota facultatum pretia in magistratuum tabulis fuisse; atque item XXVIII, 4 Aphobum et alios tutores, quantum esset ipsius patrimonium, tributo adfirmavit palam fecisse, quod se eius nomine conlaturos polliciti essent, non delato ipso rei familiaris pretio.

Quibus consideratis per errorem lapsum esse Bakium [1]), cum existimavit τίμημα rem familiarem accipi debere, evincitur; quominus enim verba inscriptionum illarum locis ἀπὸ τοῦ τιμήματος, κατὰ τὸ τίμημα non angustiore notione posita esse atque vocabulum τιμήματος ad totas facultates pertinere opinemur, rei ipsius natura impedimento est; sed partem illam rei familiaris, quam quisque profitebatur, τίμημα Athenienses nominasse ex verbis fit conspicuum, quae Demosthenes XXVII, 9 facit: πεντεκαίδεκα ταλάντων — τρία τάλαντα τίμημα, quae simpliciter interpretamur: „quindecim talentorum census sunt tria talenta“, i. e. si cui quindecim talenta erant, tria debuit profiteri, Bakius vero quasi invita ac recusantia violentius explicat: „tria talenta — indicare, manifestum reddere τίμημα [i. e. ex eius quidem iudicio pretium] quindecim talentorum“ [2]). Accedit, quod

[1]) l. c. p. 140—143.
[2]) l. c. p. 145.

Isaeus VII, 39: »καὶ μὴν καὶ αὐτὸς Ἀπολλόδωρος« inquit »οὐχ ὥσπερ Προνάπης ἀπεγράψατο μὲν τίμημα μικρόν, ὡς ἱππάδα δὲ τελῶν ἄρχειν ἠξίου τὰς ἀρχάς« [1]); cf. Isocr. XVII, 49 (p. 32). Atque etiam Plato, ubicumque agit de profitenda re familiari, voce οὐσίας vel κτήσεως similive vocabulo utitur, velut leg. V, 745 A: ἡ δὲ κτῆσις χωρὶς τοῦ κλήρου πάντων πᾶσα ἐν τῷ φανερῷ γεγράφθω παρὰ φύλαξιν ἄρχουσιν, οἷς ἂν ὁ νόμος προστάξῃ, ὅπως ἂν αἱ δίκαι περὶ πάντων, ὅσαι εἰς χρήματα, ῥᾴδιαί τε ὦσι καὶ σφόδρα σαφεῖς. — D: νείμασθαι δὲ δεῖ καὶ τοὺς ἄνδρας δώδεκα μέρη, τὴν τῆς ἄλλης οὐσίας εἰς ἴσα ὅ τι μάλιστα τὰ δώδεκα μέρη συνταξάμενον, ἀπογραφῆς πάντων γενομένης. — VI, 754 D: πρῶτον μὲν φύλακες ἔστωσαν τῶν νόμων, ἔπειτα τῶν γραμμάτων, ὧν ἂν ἕκαστος ἀπογράψῃ τοῖς ἄρχουσι τὸ πλῆθος τῆς αὑτῶν οὐσίας, πλὴν ὁ μὲν μέγιστον τίμημα ἔχων τεττάρων μνῶν, ὁ δὲ τὸ δεύτερον τριῶν, ὁ δὲ τρίτος δυοῖν μναῖν, μνᾶς δὲ ὁ τέταρτος, cum vero de pecunia loquitur, ex qua tributum definiendum esse censet, verbum τιμήματος ponit: leg. XII, 955 D: χρημάτων εἰσφορᾶς πέρι τῷ κοινῷ τετιμῆσθαι μὲν ἕκαστον τὴν οὐσίαν ἕνεκα πολλῶν χρεὼν καὶ τὴν ἐπέτειον ἐπικαρπίαν ἐν γράμμασιν ἀποφέρειν ἀγρονόμοις φυλέτας, ὅπως ἂν δυοῖν οὔσαιν ταῖν εἰσφοραῖν, ὁποτέρᾳ τὸ δημόσιον ἂν χρῆσθαι βούληται, χρῆται κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον βουλευομένων, ἐάν τε τοῦ τιμήματος ὅλου μέρει, ἐάν τε τῆς γενομένης ἐπ' ἐνιαυτὸν ἑκάστοτε προσόδου, χωρὶς τῶν εἰς τὰ ξυσσίτια τελουμένων. Quantam facultatum partem censum esse voluerit, loco, qui iam adlatus est (VI, 754 D), accepimus, quocum quaeso conferas V, 744 C: τέτταρα μεγέθει τῆς οὐσίας τιμήματα ποιεῖσθαι χρεών, πρώτους καὶ δευτέρους καὶ τρίτους καὶ τετάρτους. — E: ἔστω δὴ πενίας μὲν ὅρος ἡ τοῦ κλήρου τιμή, ὃν δεῖ μένειν καὶ ὃν ἄρχων οὐδεὶς οὐδενί ποτε περιόψεται ἐλάττω γιγνόμενον — μέτρον δὲ αὐτὸν θέμενος, ὁ νομοθέτης διπλάσιον ἐάσει τούτου κτᾶσθαι καὶ τριπλάσιον καὶ μέχρι τετραπλασίου [2]).

Neque exigua fides huic vocis τιμήματος interpretationi addetur, si in duos Demosthenis locos accuratius inquisiverimus, XIV, 19 et 27.

---

[1]) Cf. Polluc. VIII, 113: ἐπιγραφεῖς — ἐπέγραψαν δὲ καὶ τὰ τιμήματα ἑκάστοις κατὰ τὴν ἀξίαν; Bekk. Anecd. 187, 14; Suid. I, 1, 375, 17 sq.

[2]) Nolis igitur in titulo, qui Herm. II p. 169 editus est, verba: »καθ' ἑπτὰ μνᾶς«, quae ad ipsius officinae pretium pertinere mercedis summa efficitur quinquaginta quattuor drachmum, appositionem, quam dicunt grammatici, vocabulorum »κατὰ τὸ τίμημα« intellegere, sed e Photii verborum consecutione explicare (110, 1 sq.): »τὸ πᾶν πλῆθος — τῶν κατὰ τὰς οὐσίας τιμημάτων«.

Priore loco orator explanaturus, quo modo, si ad naves instruendas ac bellum gerendum pecuniis opus esset, tributum optime in singulos homines divisum iri existimaret, haecce verba fecit: „κελεύω, ἐπειδὴ τὸ τίμημά ἐστι τὸ τῆς χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων, ἵν' ὑμῖν καὶ τὰ χρήματα ᾖ συντεταγμένα, διελεῖν τοῦτο καὶ ποιῆσαι καθ' ἑξήκοντα τάλαντα ἑκατὸν μέρη, εἶτα πέντε ἑξηκονταταλαντίας εἰς ἑκάστην τῶν μεγάλων τῶν εἴκοσι συμμοριῶν ἐπικληρῶσαι, τὴν δὲ συμμορίαν ἑκάστῳ τῶν μερῶν μίαν ἑξηκονταταλαντίαν ἀποδοῦναι, ὅπως, ἐὰν μὴν ὑμῖν ἑκατὸν δέῃ τριήρων, τὴν μὲν δαπάνην ἑξήκοντα τάλαντα συντελῇ, τριήραρχοι δ' ὦσι δώδεκα, ἐὰν δὲ διακοσίων, τριάκοντα μὲν ᾖ τάλαντα τὴν δαπάνην συντελοῦντα, ἓξ δὲ σώματα τριηραρχοῦντα, ἐὰν δὲ τριακοσίων, εἴκοσι μὲν ᾖ τάλαντα τὴν δαπάνην διαλύοντα, τέτταρα δὲ σώματα τριηραρχοῦντα". Ne universorum quidem praediorum pretium, non modo totas populi facultates τὸ τίμημα τῆς χώρας accipi posse e summae exiguitate Boeckhius[1]) clarissime iam docuit, ut mittam quaestionem denuo instituere. Ne vero mille ducentos tantum, qui in symmorias conscripti sint, tributum pendere debuisse atque ex eorum facultatibus constitisse sex illa milia talentorum censeas, in eo positum est, quod, si hanc opinionem probares, cum mille ducenti munere functi essent navium instruendarum, statueres oportebat iis unis tributum conferendum fuisse; quae res et ipsa est ridicula et Demosthenis verbis redarguitur dilucide referentis eos quoque, qui opes minores possederint, quam quibus liturgiae illi obligarentur, pecunias ad bellum gerendum debuisse pensitare[2]). Qua re, cum Demosthenes illis sex milibus talentum belli impensas tolerandas esse dicat, una fit perspicuum, ea partem fuisse rei familiaris, ex qua tributum ab Atheniensibus conferendum definiebatur.

Temere autem Bakium[3]) inter τὸ τίμημα τὸ τῆς χώρας — liceat, ne obscura fiat disputatio, Graeca verba usurpare — et pecuniam, quam quisque profitebatur, rationem intercessisse, atque illud compositum esse ex censis omnium facultatibus negare arbitror; dicit enim p. 149: „fieri certe nullo modo potuit, ut ille numerus conficeretur computatis singulorum εἰσφοραῖς, quarum universarum

---

[1]) l. c. I p. 636 sqq.

[2]) Dem. XX, 28: οὐκοῦν οἱ ἐλάττω κεκτημένοι τοῦ τριηραρχίας ἄξια ἔχειν ἐν ταῖς εἰσφοραῖς συντελοῦσιν εἰς τὸν πόλεμον. cf. p. 22 et n. 1.

[3]) l. c. p. 142 sqq.

summa neque certa, neque perpetuo eadem fuerit necesse est, primum quoniam non omnes εἰcφέρειν aut profiteri apud symmoriam solebant permultique erant, qui sua celarent, tum quod non stabiles solent esse privatorum facultates. Fuisse tamen certam illam summam 6000 talentorum definitam apparet e singularum εἰcφορῶν definitione, ut vel ἑκατοςτὴ vel πεντηκοςτὴ vel εἰκοςτὴ vel δωδεκάτη exigeretur, cuius modi definitione indicabatur, quo numero omnino indigeret res publica.“

Quae opinio si vera esset, quo iure putares Demosthenem dicere potuisse, si τὸ τίμημα τὸ τῆς χώρας ex sua quidem rogatione in symmorias distribueretur, cum centum naves exornandae essent, sexagena talenta in partem unius triremis impensarum venire, si ducentae, tricena, si trecentae, vicena. Nonne si verba „ὅπως, ἐὰν μὲν ὑμῖν ἑκατὸν δέῃ τριήρων, τὴν μὲν δαπάνην ἑξήκοντα τάλαντα ςυντελῇ, τριήραρχοι δ' ὦςι δώδεκα“ et ea, quae secuntur, respicis, oratorem, ut indicat, quot unoquoque tempore homines una debeant liturgiam subire, ita verbis: „τὴν μὲν δαπάνην ἑξήκοντα τάλαντα ςυντελῇ, τριάκοντα — ᾖ τάλαντα τὴν δαπάνην ςυντελοῦντα, εἴκοςι ᾖ τάλαντα τὴν δαπάνην διαλύοντα“ significare necesse est concedas, quanto censu impensae sustineantur ad singulas naves armis militibusque instruendas spectantes? An veri simile videtur Demosthenem — cuius, etsi non in eadem contione populus de hac re ad suffragium vocabatur, maxime certe intererat, omnes, qui audiebant, recte iudicare de sua ipsius rogatione eosque cernere et videre, quantam quisque pecuniam oratoris lege probata pendere deberet — si re vera, quod Bakius vult, τὸ τίμημα τὸ τῆς χώρας in omne tempus Athenis definitum semperque idem esset, huius ad rem minus valentis summae neque ullam pecuniarum rationem habiturum fuisse, quas, alias aliis temporibus, singuli homines detulerant?

Similes difficultates huius grammatici sententia altero quoque Demosthenis loco movet; verba enim, quae §. 27 exstant: φέρε γὰρ ἑκατοςτήν τις εἰcφέρειν ἐρεῖ νῦν; οὐκοῦν ἑξήκοντα τάλαντα· ἀλλὰ πεντηκοςτήν τις ἐρεῖ, τὸ διπλοῦν; οὐκοῦν ἑκατὸν καὶ εἴκοςι. καὶ τί τοῦτ' ἔςτι πρὸς διακοςίας καὶ χιλίας καμήλους, ἃς βαςιλεῖ τὰ χρήματ' ἄγειν φαςὶν οὗτοι; ἀλλὰ θῶ, βούλεςθε, δωδεκάτην ἡμᾶς εἰςοίςειν, πεντακόςια τάλαντα; ἀλλ' οὔτ' ἂν ἀνάςχοιςθε, οὔτ', εἰ καταθεῖτε, ἄξια τοῦ πολέμου τὰ χρήματα et in primis verba, quae exeunte sententia posuit Demosthenes, ita sunt comparata, ut oratorem unumquemque ex iis, qui audiebant, si decretum esset,

quota pars τοῦ τιμήματος τοῦ τῆς χώρας conferretur, statim cognitum esse habiturum, quanta pecunia, quae pars suarum ipsius facultatum census sibi solvenda esset, credidisse sentias; quod facillime tum fieri potuit, si τὸ τίμημα τὸ τῆς χώρας censum fuisse existimes rei familiaris, quae universis erat hominibus, et unumquemque eandem sui ipsius census partem contulisse, quae τοῦ τίμηματος τοῦ τῆς χώρας imperata sit [1]). Contra si Bakii sequereris iudicium, Demosthenem nihil declarasse, quam rationem pecuniarum, quas singuli homines tum professi erant, summa haberet ad τὸ τίμημα τὸ τῆς χώρας, ex huius quidem grammatici opinione constans, permirum videretur, cum in aperto esset in reputandis ac definiendis tributis Athenienses ante omnia censum cunctorum hominum, altero demum loco, si omnino id fecissent, respecturos fuisse illud τίμημα τὸ τῆς χώρας, quod a Bakio excogitatum est.

Adde, quod Aristoteles quoque τὸ τίμημα τοῦ κοινοῦ ex hominum universorum censu computatum esse testatur Politic. V, 7, 6 (1038 *a*, 35 sqq.) [H, 8 ed. Susemihl.]: πρὸς δὲ τὴν διὰ τιμήματος γινομένην μεταβολὴν ἐξ ὀλιγαρχίας καὶ πολιτείας, ὅταν συμβαίνῃ τοῦτο μενόντων μὲν τῶν αὐτῶν τιμημάτων, εὐπορίας δὲ νομίσματος γινομένης, συμφέρει τοῦ τιμήματος ἐπισκοπεῖν τοῦ κοινοῦ τὸ πλῆθος πρὸς τὸ παρελθὸν ἐν ὅσαις μὲν πόλεσι τιμῶνται κατ' ἐνιαυτόν, κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ἐν δὲ ταῖς μείζοσι διὰ τριετηρίδος ἢ πενταετηρίδος, κἂν ᾖ πολλαπλάσιον ἢ πολλοστημόριον τοῦ πρότερον, ἐν ᾧ αἱ τιμήσεις κατέστησαν τῆς πολιτείας, νόμον εἶναι καὶ τὰ τιμήματα ἐπιτείνειν ἢ ἀνιέναι, ἐὰν μὲν ὑπερβάλλῃ, ἐπιτείνοντας κατὰ τὴν πολλαπλασίωσιν, ἐὰν δ' ἐλλείπῃ, ἀνιέντας καὶ ἐλάττω ποιοῦντας τὴν τίμησιν.

Denique futilia esse argumenta, quibus Boeckhii sententiam ut falsam convinci Bakius arbitratur (cf. p. 35 sq.), non est, cur longius demonstrem; quis enim, etiamsi summa facultatum singulorum hominum censarum non eadem unoquoque tempore erat, fieri potuisse negabit, ut tributum singulis annis exigendum pro magnitudine nominaretur centesima, quinquagesima, vicesima huius ipsius summae? Ceterum si ante oculos habeas, quo modo Bakius et partem rei familiaris, quae a singulis hominibus ad magistratus delata est, et censum totius terrae (τὸ τίμημα τὸ τῆς χώρας) explicet — p. 147 dicit: »Sed omnino voluisse videntur Athenienses

---

[1]) Rodberti sententiam cum hac, quam modo protuli, discrepantem, ne res turbentur, consilio hic neglexi; cf. p. 43 sqq.

a locupletioribus εἰς σωτηρίαν τῆς πόλεως non continuo quidem pendi, sed praestari fortunarum quamcumque partem, qua res publica velut ἀφορμῇ uteretur, quantum opus esset, tamquam parato praesidio« et p. 149 »dicamus — quem ad modum in iudiciis sententia iudicum definiatur, quantum a reo poenae nomine pendendum sit, ita lege definitum fuisse, quanta censenda esset pecuniae ἀφορμή, ex qua ad belli necessitates subsidia peti oporteret; itaque ista ἑξακισχίλια τάλαντα fuisse tamquam τίμημα, οὗ τὴν χώραν ἐτίμησεν ὁ νόμος, ex quo, quantum quoque tempore esset pendendum, psephismate semper imperaretur« — si haec ante oculos habeas, sane mireris, quod Bakius idem fuisse τὸ τίμημα τὸ τῆς χώρας et summam pecuniarum, quas cuncti homines professi sunt, concedere tantopere gravatur.

Quod vero idem dubitat[1]), num subici possit illa vis voci τιμήματος, equidem non intellego, quid sit, cur, si quidem, ut grammatici utar verbis, »pecuniae ἀφορμή, ex qua ad belli necessitates subsidia peti oportebat«, τίμημα est appellata, non liceat idem vocabulum adhibere ad significandam pecuniam, quam quisque censa re familia deferebat, praesertim cum Demosthenes ipse hoc »definire« τιμᾶσθαι nominet vel τάσσεσθαι e. gr. XXVII, 8: πρῶτον μὲν οὖν ὡς συνετιμήσαντο ὑπὲρ ἐμοῦ ταύτην τὴν εἰσφορὰν εἰς τὴν συμμορίαν, παρέξομαι τούτων μάρτυρας; 7 (cf. XXIX, 59): εἰς γὰρ τὴν συμ-

[1]) Idem grammaticus, ut praetermittam inaniora eius argumenta, suam opinionem confirmaturus p. 144 exemplis congestis voce τιμήματος pretium tantum alicuius rei significari posse demonstrare studet ac neglegit in unaquaque lingua verbis, quorum notio alias longius patet, si in certis quibusdam artibus adhibeantur, vim subici angustius valentem, itemque rem se habere de vocabulo τιμήματος; τίμημα enim est »summa aestimata«; quae res aestimetur, substantivo demum adiecto liquet, Athenienses autem, si de rebus loquerentur ad tributum spectantibus, in verbo τιμήματος partem rei familiaris subaudiisse, quam quisque ad magistratus deferebat, quaestione modo instituta demonstrasse mihi videor. Restat, ut commemorem etiam Lys. XIX, 48, quem locum Frohbergerus aliorum coniecturas amplexus [ed. vol. III p. 205] ita, quod ad sensum quidem attinet, recte restituit: »Καλλίας τοίνυν ὁ Ἱππονίκου, ὅτε νεωστὶ ἐτεθνήκει ὁ πατήρ, πλεῖστα τῶν Ἑλλήνων ἐδόκει κεκτῆσθαι καί, ὥς φασι, διακοσίων ταλάντων ἐτιμήσατο τὰ αὑτοῦ ὁ πάππος· τὸ δὲ τούτου νῦν τίμημα οὐδὲ δυοῖν ταλάντοιν ἐστίν« vocem τιμήματος angustiore notione accipi posse minimeque hac interpretatione probata oratorem fine excidentem nos facere, quippe cum hac aetate propius quam Nausinici temporibus census accesserit ad integrum rei familiaris pretium (cf. Boeckh. l. c. I, 656, 674) itaque Hipponici facultates perexigua pars ducentorum talentum fuerint, quae Callias possedisse putabatur.

μορίαν ὑπὲρ ἐμοῦ cυνετάξαντο κατὰ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς πεντακοσίας δραχμὰς εἰcφέρειν; cur, quaeso, summa illa, quae censendo efficiebatur, census, τίμημα non potuit vocari?

Sed altera iam oritur quaestio, quae summam his temporibus inter viros doctos commovit dissensionem, num partes illae rei familiaris, quae ad magistratus deferebantur, reditus annui fuerint necne. Ad rem diiudicandam gravissimus mihi videtur Platonis locus, quem p. 34 commemoravi, leg. XII, 955 *D*; scriptor enim suadens, ut tributi conferendi causa cives rei publicae, ex sua quidem sententia constituendae, cunctas facultates profiterentur, homines primae classis exceptis quaternis, alterius ternis, tertiae binis, quartae singulis minis[1]), ac praeterea tribules referrent quaestoribus, quid cuique quotannis rediret, finem huius legis hoc modo exposuit: „ὅπως ἂν δυοῖν οὔcαιν ταῖν εἰcφοραῖν, ὁποτέρᾳ τὸ δημόcιον ἂν χρῆcθαι βούληται, χρῆται κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαcτον βουλευομένων, ἐάν τε τοῦ τιμήματος ὅλου μέρει, ἐάν τε τῆς γενομένης ἐπ' ἐνιαυτὸν ἑκάστοτε προσόδου, χωρὶς τῶν εἰς τὰ ξυσσίτια τελουμένων“. Discrevit igitur Plato non solum, ut paulo ante ostendimus[2]), rem familiarem eiusque partem, quam censeri volebat, sed hanc quoque summam et praediorum fructus; cur de his solum mentionem faciat, causa est, quod, ne artificia neve alias res quaestus gratia cives exerceant, se ante omnia agere verbis declarat, quae leg. V, 743 *D* exstant: λέγομεν δὴ μήτε χρυσὸν εἶναι δεῖν μήτε ἄργυρον ἐν πόλει, μήτ' αὖ χρηματισμὸν πολὺν διὰ βαναυσίας καὶ τόκων μηδὲ βοσκημάτων αἰσχρῶν, ἀλλ' ὅσα γεωργία δίδωσι καὶ φέρει, καὶ τούτων ὁπόσα μὴ χρηματιζόμενον ἀναγκάσει ἀμελεῖν, ὧν ἕνεκα πέφυκε τὰ χρήματα; cf. 742 *A* sqq. — C: μηδὲ δανείζειν ἐπὶ τόκῳ, ὡς ἐξὸν μὴ ἀποδιδόναι τὸ παράπαν τῷ δανεισαμένῳ μήτε τόκον, μήτε κεφάλαιον. — VI, 846 *D*; 847 *A*; *D*. Si vero ea aetate, qua duodecimus ille liber a Platone confectus est, i. e. post

---

[1]) Hanc legem, quae VI, 754 *D* lata est, ad tributa solum pertinere, plane cognosces, si respexeris, quarum rerum causa omnino scriptor opes censendas esse existimaverit; dicit enim leg. V, 744 *B*: δεῖ — τιμήματα ἄνισα γενέσθαι, ἵν' ἀρχαί τε καὶ εἰσφοραὶ καὶ διανομαὶ [κατὰ] τὴν τῆς ἀξίας ἑκάστοις τιμήν, μὴ κατ' ἀρετὴν μόνον, τήν τε προγόνων καὶ τὴν αὐτοῦ μηδὲ κατὰ σωμάτων ἰσχὺς καὶ εὐμορφίας, ἀλλὰ καὶ κατὰ πλούτου χρῆσιν καὶ πενίας τὰς τιμάς τε καὶ ἀρχὰς ὡς ἰσαίτατα τῷ ἀνίσῳ, ξυμμέτρῳ δὲ ἀπολαμβάνοντες μὴ διαφέρωνται; cf. etiam V, 745 *A*, quem locum p. 34 commemoravi.

[2]) p. 34.

Nausinicum archontem (post 378 a. Chr. n.)[1]), ex Atheniensium ratione τὸ τίμημα etiam reditus accipi potuisset, non perspicio, quo iure scriptor facultatum partem, quae cuique deferenda erat, et pecunias, quae cuique singulis annis redibant, tam disserte distincturus [τοῦ τιμήματος ὅλου — τῆς γενομένης προσόδου], proventum autem ipsum non voce τιμήματος significaturus fuerit talem conformans sententiam, qualis est: „ὅπως ἂν δυοῖν ὄντοιν τοῖν τιμημάτοιν, ὁποτέρῳ τὸ δημόσιον ἂν χρῆσθαι βούληται, χρῆται κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον βουλευομένων, ἐάν τε τῷ κατὰ τὴν οὐσίαν ὅλην τιμήματι, ἐάν τε τῇ γενομένῃ ἐπ' ἐνιαυτὸν ἑκάστοτε προσόδῳ". Sed Athenienses τὸ τίμημα rei familiaris tantum partem intellexisse ac minime huic voci subiecisse etiam reditus notionem itaque tributum e facultatibus ipsis, non e reditu definiisse sat clare hoc loco efficitur. Quae sententia eo quoque fulcitur, quod ii, qui metalla redemerant a re publica, tributi immunitate fruebantur aliorumque munerum ab iis praestandorum, quibus liberae possessiones erant[2]). Deinde in conventis, quae inter pagos vel phratrias praedia conlocantes conductoresque fiebant, constitui ac designari solebat, num pagani vel phratores an conductores tributum penderent, atque sanciebatur, ut pecuniae, si quasdam conductores in aerarium contulissent, de locarii summa deduceretur[3]). Sed si ad reditus tributum per-

---

[1]) Cf. Zeller. Geschichte der griech. Philosophie II^3, 1 p. 467 et p. 831 n. 4; Aristot. Polit. II, 3, 1 (*B*, 3 ed. Susemihl) [1264, *b*, 26].

[2]) Cf. Dem. XLII, 17: „καὶ κατηγορεῖ τοῦ ὅρκου, ὃν ὤμοσα, πρὸ τῆς ἀποφάσεως, λέγων, ὅτι πλὴν τῶν ἐν τοῖς ἔργοις ὑπεσχόμην ἀποφαίνειν τὴν ἄλλην οὐσίαν, ὥσπερ τὸ κατὰ τοὺς νόμους ὀμνύειν, τοῦτ' ἄξιον κατηγορίας ὄν. ὑμεῖς δ' ἴστε, ὦ ἄνδρες δικασταί — τὸν νόμον, ὃς διαρρήδην οὕτω λέγει, τοὺς δ' ἀντιδιδόντας ἀλλήλοις, ὅταν ὀμόσαντες ἀποφαίνωσι τὴν οὐσίαν, προσομνύειν τόνδε τὸν ὅρκον· ἀποφαίνω τὴν οὐσίαν τὴν ἐμαυτοῦ ὀρθῶς καὶ δικαίως πλὴν τῶν ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς ἀργυρείοις, ὅσα οἱ νόμοι ἀτελῆ πεποιήκασιν; §. 23; Boeckh. Script. min. V p. 31 et 60 sqq., Oecon. civ. Athen. I, 752; Hermann. Antiq. I, 162, 20.

[3]) C. I. Gr. 103: ἐὰν δέ τις εἰσφορὰ γ|ίνηται ἀπὸ τῶν χωρίων τοῦ τιμήματος, τοὺς δημότας ε[ἰ]|σφέρειν, quem locum falso Schoemannus Antiq. iur. publ. Graec. p. 204 (cf. praecipue n. 4) et „Griech. Alterth." I p. 390 („Ferner wurden Grundsteuern von Gütern erhoben, die der Angehörige eines andern Gaues in ihrem Bezirke besass, endlich auch Vermögenssteuern zur Bestreitung der Bedürfnisse, sei es des Cultus, sei es der sonstigen Verwaltung") ad tributa rettulit, quae pagos sodalibus imperasse opinabatur. Quae explanatio minime enuntiato: „τοὺς δημότας εἰσφέρειν" necessaria redditur, prorsus vero redarguitur verbis, quae C. I. Gr. 93 legimus:

tinuisset, pagani mercedis, conductores annui fructus certam partem pensitassent, qua cum re pacta illa profecto minus convenirent.

Reiciendum vero existimo argumentum, quod Lipsius attulit l. c. p. 293 hisce verbis usus: »der Ertrag seines Vermögens ist für Demothenes offenbar eine unbekannte Grösse, während er, wenn er ihm bekannt war, als ein wesentlicher Factor in die Rechnung eingeführt werden musste, dies vor allem an der Stelle, wo der Redner nachweisen will, wie hoch sein Vermögen bei gewissenhafter Verwaltung hätte anwachsen müssen. Aber auch hier kennt er nur die Einkünfte aus den drei Vermögensposten, für die er sie bereits bei der Specification der Hinterlassenschaft angegeben hat, und berechnet danach den möglichen Ertrag der übrigen zwei Drittel«; quamvis enim, si re vera Athenienses τὸ τίμημα reditus accepissent, ipsis verbis: »πεντεκαίδεκα ταλάντων τρία τάλαντα τίμημα« ex reditibus rei familiaris magnitudinem Demosthenes computasset, non esset mirandum, quod in iis, quae secuntur, non iam respicit, quae tutores sint professi, neque, quanta rei familiaris summa ex hoc censu colligi possit, sed accurate enumerans singulas patris possessiones caput reditusque earum reputat[1]; neque enim id facit quasi nesciens totius rei familiaris reditum, sed, etiam si in reditibus singularum rerum definiendis minimas centesimas in rationem inducat[2], septuaginta minis multo maiorem pecuniam tutores ipsi reddere debuisse demonstraturus. Et cum exponere studeat, quanto res familiaris augeri potuisset, si bene tutores eam administrassent,

---

καὶ ἐάν τις εἰςφορὰ — γίγνηται εἰς τὴν πόλιν, Ἀξιωνέας εἰςφέρειν. — C. I. Gr. 93 (Ol. 108, 4) καὶ ἐάν τις εἰςφορὰ ὑπὲρ τοῦ χωρίου γίγνηται εἰς τὴν πόλιν, Ἀξιωνέας εἰςφέρειν, ἐὰν δὲ οἱ μισθωταὶ εἰσενέγκωσι, ὑπολογί[ζ]εσθαι εἰς τὴν μίσθωσιν. C. I. A. II, 600. Quod Herm. II p. 169 conductor tributum pensitare iussus [εἰςφέρειν Εὐκράτην κατὰ τὸ τίμημα] neque additum est, pecuniam, quam contulisset, de locarii summa desumptum iri, veri simile puto in definienda ipsa mercede huius rei rationem habitam esse. Cf. Hermann. Antiqu. III, 67, 19.

[1]) Cf. XXVII, 9; 10; 17; 18; 23; 29; 31; 33; 35; 38; 39; (XXVIII, 11—14).

[2]) XXVII, 17: μὴ γήμαντος δ' αὐτοῦ τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν ὁ μὲν νόμος κελεύει τὴν προῖκα ὀφείλειν ἐπ' ἐννέα ὀβολοῖς, ἐγὼ δ' ἐπὶ δραχμῇ μόνον τίθημι, γίγνεται δ' ἐάν τις συντιθῇ τό τ' ἀρχαῖον καὶ τὸ πρόσεργον τῶν δέκα ἐτῶν μάλιστα τρία τάλαντα; 23: ταύτας τοίνυν ἔχει τριάκοντα μνᾶς ἀπὸ τοῦ ἐργαστηρίου, καὶ τὸ ἔργον αὐτῶν ὀκτὼ ἐτῶν· δ, ἐὰν δ' ἐπὶ δραχμῇ τις τιθῇ μόνον, ἄλλας τριάκοντα μνᾶς εὑρήσει. καὶ ταῦτα μὲν ἰδίᾳ μόνος εἴληφεν. ἃ συντεθέντα πρὸς τὴν προῖκα μάλιστα τέτταρα τάλαντα γίγνεται σὺν τοῖς ἀρχαίοις; 35; 39; 60 sq. XXVIII, 13.

consulto rem attingens compluribus quidem Atheniensibus notam Antidori facultates trium talentorum ac trium millium drachmarum praeterlapsis sex annis paene duplicatas esse monet indeque suam ipsius rem familiarem triplicari potuisse efficere conatur (§. 58: κατὰ τούτους τοὺς νόμους Ἀντιδώρῳ μὲν ἐκ τριῶν ταλάντων καὶ τρισχιλίων ἐν ἓξ ἔτεσιν ἓξ τάλαντα καὶ πλεῖον ἐκ τοῦ μισθωθῆναι παρεδόθη, καὶ ταῦθ' ὑμῶν τινες εἶδον. Θεογένης γὰρ ὁ Προβαλίσιος, ὁ μισθωσάμενος αὐτοῦ τὸν οἶκον, ἐν τῇ ἀγορᾷ ταῦτα τὰ χρήματα ἐξηρίθμησεν. ἐμοὶ δ' ἐκ τεττάρων καὶ δέκα ταλάντων ἐν δέκα ἔτεσι πρὸς τὸν χρόνον τε καὶ τὴν ἐκείνου μίσθωσιν πλεῖον ἢ τριπλάσια κατὰ τὸ εἰκὸς προσῆκον γενέσθαι; cf. etiam §. 64.) Non igitur ignorantia, sed industria Demosthenes reditus universae rei familiaris his locis neglexisse videtur (cf. §. 7)[1].

Locos autem, quibus Rodbertus usus est, ut demonstraret pro reditu singulis civibus tributum imperatum esse, Dem. XIV, 30, III, 33, Polyb. II, 62, non confirmare inlustris viri sententiam, sed ei repugnare Lipsius[2]) iam perspexit firmisque docuit argumentis, ac praecipue in Polybii verbis: »οὐ μὴν ἀλλὰ τούτοις ἑξῆς φησιν ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς Μεγάλης πόλεως λαφύρων ἑξακισχίλια τάλαντα τοῖς Λακεδαιμονίοις πεσεῖν, ὧν τὰ δισχίλια Κλεομένει δοθῆναι κατὰ τοὺς ἐθισμοὺς — ἀλλ' ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς — ἐκ Πελοποννήσου πάσης ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπίπλων χωρὶς σωμάτων, οὐχ οἷόν τε συναχθῆναι τοσοῦτο πλῆθος χρημάτων. τίς γὰρ ὑπὲρ Ἀθηναίων οὐχ ἱστόρηκε, διότι καθ' οὓς καιροὺς μετὰ Θηβαίων εἰς τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους ἐνέβαινον πόλεμον — ὅτι τότε κρίναντες ἀπὸ τῆς ἀξίας ποιεῖσθαι τὰς εἰς τὸν πόλεμον εἰσφορὰς ἐτιμήσαντο τήν τε χώραν τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν καὶ τὰς οἰκίας, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν. ἀλλ' ὅμως τὸ σύμπαν τίμημα τῆς ἀξίας[3]) ἐνέλιπε τῶν ἑξακισχιλίων διακοσίοις καὶ πεντήκοντα ταλάντοις« et sensus et verbi »ἀξίας« notio obstat, quominus Rodberto adstipulemur; neque enim de Atticae reditibus annuis, sed de eius facultatibus unis scriptorem cogitasse, quin iure Lipsius contendat, non potest dubitari, si cum totius loci tum verborum ratio habetur: »ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπίπλων χωρὶς σωμάτων οὐχ οἷόν τε συναχθῆναι τοσοῦτο πλῆθος χρημάτων«; deinde vocibus ἀξίας et ἀξίου, ubicumque ponuntur, non

---

[1]) De computandi ratione, qua Demosthenes usus est, cf. Buermann. ann. phil. CXI p. 801 sqq.

[2]) l. c. p. 291 sq.

[3]) Cf. Polluc. VIII, 103: ἐπιγραφεῖς — ἐπέγραψαν — καὶ τὰ τιμήματα ἑκάστοις κατὰ — τὴν ἀξίαν.

alia inest vis nisi pretii vel aestimationis: cf. Dem. XXVII, 7: »δεῖ δὲ καὶ καθ' ἕκαστον ὑμᾶς ἀκοῦσαι τά τ' ἐνεργὰ αὐτῶν καὶ ὅσα ἦν ἀργὰ καὶ ὅσου ἦν ἄξια ἕκαστα; Platon. leg. XI, 921 A sq.: καὶ ἀναιρουμένῳ δ' ἔργον ξυμβουλευτὴς νόμος, ἅπερ τῷ πωλοῦντι ξυνεβούλευε μὴ πλέονος τιμᾶν διαπειρώμενον ἀλλ' ἁπλούστατα τῆς ἀξίας, ταὐτὸν δὴ προστάττει καὶ τῷ ἀναιρουμένῳ. γιγνώσκει γὰρ ὅ γε δημιουργὸς τὴν ἀξίαν; V, 744 B; Aeschin. I, 96, Lys. XIX, 47; Dem. XXVII, 10; XXVIII, 11; Platon. leg. VIII, 845 E, 865 C, 878 D, 936 D, tituli Chii, quem Haussoullier edidit »Bulletin de correspondence Hellénique« III p. 244, vs. 13 [ἔσ|τιν δὲ ἡ] ἀξίη πεντακισχιλίων στατήρ|ων[1]).

Quibus fundamentis positis revertamur ad Demosthenis locum, quem p. 31 commemoravi, XXVII, 7: »εἰς γὰρ τὴν συμμορίαν ὑπὲρ ἐμοῦ συνετάξαντο τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς' πεντακοσίας δραχμὰς εἰσφέρειν« atque accuratius iam exploremus, quanam ratione e facultatibus definitum sit, quid quisque, cum tributum exigeretur, conferre deberet. — Verba, quae modo adscripsi, et sermonis contextus — dicit enim orator §. 8: »πρῶτον μὲν οὖν ὡς συνετιμήσαντο ὑπὲρ ἐμοῦ ταύτην εἰσφορὰν εἰς τὴν συμμορίαν, παρέξομαι τούτων μάρτυρας« et §. 9: »δῆλον μὲν τοίνυν καὶ ἐκ τούτων ἐστὶ τὸ πλῆθος τῆς οὐσίας. πεντεκαίδεκα ταλάντων γὰρ τρία τάλαντα τίμημα. ταύτην ἠξίουν εἰσφέρειν τὴν εἰσφοράν« — mihi quidem non idonea videntur, quibus solis permotos pro certo liceat nos contendere aut Boeckhii aut Rodberti sententiam, quam de hoc loco protulerunt, unice veram esse; neminem enim fugiet verba illa explicari posse, sive Boeckhium secuti homines, qui in primam classem conscripti sint, pro quinis totius rei familiaris drachmis singulas tantum professos indeque tributi summam, eandem in cunctis classibus facultatum partem, reputatam esse statuamus, sive cum Rodberto consentientes e summa illa ab hominibus primae classis ad magistratus delata[2]) tributum ita esse effectum arbitremur, ut pro quinis drachmis

---

[1]) Ex quaestione modo ad finem perducta manifestum fit recte me fecisse, cum nihil curavi Huellmanni opinionem, qui (Griech. Denkwürdigkeiten p. 59) Dem. XXVII, 9 [πεντεκαίδεκα ταλάντων τρία τάλαντα τίμημα] tria talenta tributi summam intellegit in antecessum dati dicens: »So kann auch der Beitrag zum Vorschuss, zu dem ein oberer Symmorit, in Sonderheit einer von den Dreihundert sich abgeschätzt hat, diesen Namen (scil. Steuercapital, τίμημα) geführt haben.« Quid enim hoc munus ad Demosthenem pupillum?

[2]) Etiamsi iam cognovimus, hanc summam minime reditus annuos accipi posse, investigemus oportet, num etiam ratio, qua tributum definitum esse Rodbertus censuit, abhorreat a vero necne.

singulae pensitarentur[1]); nam quamvis simplicior exsistat verborum consecutio, si sententias: »πεντεκαίδεκα ταλάντων γὰρ τρία τάλαντα τίμημα· ταύτην ἠξίουν εἰςφέρειν τὴν εἰςφοράν« cum Lipsio interpretamur: »quindecim talentorum census est tria talenta; hunc censum profiteri iustum duxerunt«, quam si Rodberti explicationem amplectimur: »quindecim talentorum census est tria talenta; hoc [i. e. quod ex summa delata consequebatur] tributum pensitare iustum duxerunt«, tamen hanc difficultatem minime tantam existimo, cuius causa Rodberti explanationem omnino ferri nequire adseverem[2]); sed aliae sunt dubitationes, quibus adducar, ut improbem huius grammatici iudicium.

Primum enim si quis defendens illam Rodberti opinionem diversas in unaquaque classe rei familiaris partes a magistratibus notatas esse opinetur, cur ne tributa quidem harum summarum eaedem in singulis classibus fuerint partes non appareat. Sin iisdem omnium facultatum partibus tributum impositum esse iudices, verba, quae Dem. XIV, 27 posita sunt tractataque p. 36 sq., non habeant, quo expediantur.

Demosthenes enim, si centesima, vel quinquagesima vel duodecima census cunctae civitatis [τοῦ τιμήματος τοῦ τῆς χώρας] exigatur, minime suppetituras esse pecunias, quibus belli impensae sustineri possint, neque Athenienses passuros esse duodecimam ipsis imperari adfirmat. Oratorem nihil antiquius habuisse, quam ut sententiam ita conformaret, ut, qui eum audiebant, omnes comprehenderent, quam rem unoquoque loco attigisset, per se patet; futurum autem fuisse, ut fine excideret, si non eandem cen-

[1]) Nolis neglegere hanc ipsam ob causam, quod Rodbertus, quanto cuique civi minores fuissent reditus, tanto minorem horum partem statuit eum contulisse, contra huius grammatici opinionem obici non posse, pluris eum Atheniensium reditus aestimavisse, quippe cum nihil offensionis habeat, si existimemus Athenienses voluisse viginti facultatum centesimas reditus esse civium primae classis; nec temere me iudicare ex verbis suspicor consequi, quae Dem. XXVII, 59 facit: ἐμοὶ δ' ἐκ τεττάρων καὶ δέκα ταλάντων ἐν δέκα ἔτεσιν πρὸς τὸν χρόνον τε καὶ τὴν ἐκείνου μίσθωσιν πλεῖον ἢ τριπλάσια κατὰ τὸ εἰκὸς προσῆκον γενέσθαι, τοῦτο διὰ τί οὐκ ἐποίησεν, ἐρωτᾶτ' αὐτόν. cf. etiam §. 17; §. 10.

[2]) Contra ea, quae Lipsius p. 292 disputavit, qui Rodberti opionem comprobare velit, is haec possit obicere: »Demosthenem eo, quod (§. 9) testimonio confirmarit tria talenta a tutoribus delata reditus facultatum annuos fuisse, una et rei familiaris ipsius magnitudinem demonstrasse et ostendisse, se conscriptum esse inter cives primae classis, in qua ex ratione illa, quam §. 7 commemoret, tributa ipsa solvi debuerint.

sus partem universi Athenienses pependissent, neminem certe fugiet: nam quid valuisset ad cognoscendum, quantam quisque pecuniam conferret — quod omnes compertum habuisse Demosthenes verbis indicat: ἀλλ' οὔτ' ἂν ἀνάσχοισθε — quid ad hanc rem rettulisset computare, quota pars census totius civitatis exigeretur. Deinde cum statuendum sit Demosthenem eodem, qui Athenis in usum venerat, tributi definiendi modo usum esse, ex hac ratione etiam refutatur Rodberti iudicium. Quae res ut magis inlustretur, tabulam adscripturus sum, qua Rodbertus explanare voluit, quem ad modum fere Nausinico archonte tributum imperatum ad calculos vocatum esset:

Numeri singularum classium.	I	II	III	IV	Summae
Hominum numerus, qui in unaquaque classe conscripti erant.	100	900	5000	12000	18000
Plurimi minimique reditus hominum, qui eiusdem erant classis.	180 minae	80 minae	30 minae	10 minae	—
Summa reditus uniuscuiusque classis.	300 talenta	1200 talenta	2500 talenta	2000 talenta	**6000 talenta**
Pars redituum in aerarium conferenda.	Quinta pars	Decima pars	Vicesima	Centesima	—
Summa pecuniarum, quae in singulis classibus pendendae erant.	60 talenta	120 talenta	125 talenta	20 talenta	**325 talenta**

Quodsi eam, quam hac tabula docuit Rodbertus, tributi reputandi rationem initam esse adfirmes, Athenienses, cum alia aliis temporibus tributa imponenda essent, in definienda tributi summa non illa sex milia talentorum, summam census cunctae civitatis, sed trecenta viginti quinque talenta respexerint, summam tributorum, quae effecta sit, si totam quintam, decimam, vicesimam, centesimam redituum partem singulis classibus iniunxerint, neque centesimam, quinquagesimam, duodecimam census universorum hominum, sed e. gr. simplex tributum, dimidium tributi, tertiam tributi partem dixerint exigendam esse. Uno enim hoc modo, si varias census

partes singulas classes contulisse arbitraris, facile potuit supputari, quid unicuique pendendum esset (nempe eadem pecuniae, quam singuli cives solvere debuerint, si tota quinta, decima, vicesima, centesima imperata sit, pars, qua omnium illorum 325 talentum opus fuerit). Iam vides audacius Rodbertum adseverasse l. c. p. 458: „auch hat das obige Tableau weder an sich eine innere Unwahrscheinlichkeit, noch gibt es irgend eine Stelle, die ihm widerspräche. Namentlich nicht, wenn Demosthenes in seiner Rede über die Symmorien C. 27 bei Zugrundelegung der eingeschätzten Summe von 6000 Talenten den Hundertstel davon zu 60, den Fünfzigstel zu 120, den Zwölftel zu 50 Talenten berechnet, denn es kommt ihm in dieser Stelle nur darauf an, bei einem gewissen allgemeinen Procentsatz den Gesammtbetrag der zu erhebenden Steuer zu berechnen, die progressive Vertheilung desselben auf die einzelnen Classen steht dabei nicht in Frage“. His ipsis autem verbis adductus sum, ut tributum primae classis ita reputatum esse, ut pro quinis suorum quisque redituum drachmis singulas penderet, summam vero tributi, i. e. quotae reditus parti tributum imponeretur, pro necessitatibus esse constitutum Rodbertum statuisse putarem neve contra eum disputans argumento uterer, quod Lipsius protulit l. c. p. 292 dicens: „Rodbertus, der diesen Zusammenhang nicht beachtet hat, muss die 3 Talente als Jahresertrag von Demosthenes' Vermögen ansehen und danach den einmaligen Betrag der von ihm gezahlten Eisphora auf 36 Minen berechnen. Damit steht aber in eclatantestem Widerspruch die nicht anzutastende Angabe in §. 37, dass die Vormünder als Gesammtbetrag der in 10 Jahren erlegten Steuern, von denen sie nach §. 46 einen Theil nicht einmal bezahlt, 18 Minen in Rechnung gestellt hatten“ [1]); eadem enim sententia persuasum mihi est, hunc grammaticum et Curt. Wachsmuthium [2]) in errorem incidisse, cum opinati sunt Rodbertum censere, qui in prima classe conscripti essent, eos, quotiescumque tributum exactum esset, quintam reditus partem contulisse; quem in errorem facillime viros doctos verbis Rodberti ipsius induci potuisse, quae l. c. p. 456 exstant: („Beispielsweise Demosthenes hatte 15 Talente Vermögen, als er zur ersten Klasse eingeschätzt wurde. Bei einem Durchschnittszinsfuss von nur 15 Pro-

[1]) Hac ratione id maxime ostendatur, falsa esse, quae Rodbertus coniecit de hominum in singulis classibus conscriptorum numero, de unius cuiusque classis redituum summa, de redituum plurimorum minimorumque magnitudine.

[2]) „Stadt Athen.“ I p. 581 n. 1.

cent ist der Gewerbgewinn mit 20 Procent nieder veranschlagt. Demosthenes hatte also mindestens 3 Talente oder 4500 Thaler Einkommen. Seine Steuer betrug also zwar 900 Thaler, aber er behielt doch 3600 Thaler Einkommen, was bei den damaligen Preisen bedeutend war«) nemo certe negabit. Acquiescamus igitur in Boeckhii explanatione, qui varias quidem facultatum partes singulas classes professas esse, sed eandem omnes census ipsius partem pependisse statuit itaque cunctis medeamur difficultatibus, quas modo commemoravi.

Quod Rodbertus nullum alium se invenisse locum, quo verbis τὴν εἰcφορὰν εἰcφέρειν vis insit: »censum profiteri, ex quo tributum definiatur« adseverat, praeter Demosthenis locos, quos attuli, nulli alii sunt, quibus accuratius agatur de computando tributo, sed ubicumque de hoc instituto scriptores locuntur, in universum solum eius fit mentio. Unus tantum restat, quo vocabulum »εἰcφέρειν« »profiteri« interpretandum esse mihi quidem videtur, Dem. XXII, 60 sq.: cχεδὸν δὲ πάντας, οὓς εἰcέπραξεν, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγω, οὐκ οἶδ' εἴ τινα ὑπὲρ μνᾶν ὀφείλοντα. πότερ' οὖν οἴεcθε τούτων ἕκαστον μιcεῖν καὶ πολεμεῖν αὐτῷ διὰ τὴν εἰcφορὰν ταύτην, ἢ τὸν μὲν αὐτῶν, ὅτι πάντων ἀκουόντων ὑμῶν ἐν τῷ δήμῳ δοῦλον ἔφη καὶ ἐκ δούλων εἶναι καὶ προcήκειν αὐτῷ τὸ ἕκτον μέρος εἰcφέρειν μετὰ τῶν μετοίκων. Quominus enim de ipsa tributi summa ex censu definita cogitemus, impedimento est, quod, cum Nausinici archontis aetate ne vicesimam quidem census partem singulis annis cives contulerint [1]), nequaquam est veri simile inquilinos, etsi magis vexabantur quam cives, quadruplo maiorem census partem pependisse [2]); deinde, quia de tributis exponitur, quae compluribus annis Athenienses imperabant, atque hanc ipsam ob causam »τὸ ἕκτον μέρος« nullis verbis additis ad certi cuiusdam anni tributum

---

[1]) Dem. XXII, 44: ὑμῖν παρὰ τὰς εἰcφορὰς τὰς ἀπὸ Ναυcινίκου, παρ' ἴcως τάλαντα τριακόcια ἢ μικρῷ πλείῳ, ἔλλειμα τέτταρα καὶ δέκα ἐcτὶ τάλαντα; cavendum esse, ne hanc summam ad cuncta tributa referas, quae inde a Nausinico archonte usque ad annum exacta sunt, in quo haec oratio habita est Ol. 106, 2 (355) Schaeferus docuit [Demosth. und seine Zeit I p. 20 n. 1]; nam Demosthenis nomine tutores decem annis duodeviginti fere minas, decimam census trium talentorum partem, contulerunt; cf. XXVII, 37: εἰcφορὰς δ' εἰcενηνοχέναι λογίζονται δυοῖν δεούcας εἴκοcι μνᾶς. — De alia prioris loci interpretatione iis adsentior, quae Lipsius p. 297 sq. optime disseruit.

[2]) Cf. Boeckh. Oec. civ. I, 696 sq.

referri non potest, sextam illam partem constantem fuisse consequitur; inquilinis autem impar pro necessitate tributum, non idem semper iniunctum esse, vel ex eo liquet, quod ab iis, ut a civibus subinde tantum pecuniae exigebantur: cf. C. I. A. II, 413, vs. 6 sqq.: ἐ[π]ειδὴ Εὐξ|ενίδης διατελεῖ [ε]ὔνους ὢν τ|ῷ δήμῳ τῷ Ἀθην[α]ίων καὶ τά|ς τε εἰσφορὰς ἁπ[άσ]ας, ὅσας ἐψ|ήφισται ὁ δῆμος ε[ἰ]σενεγκεῖ|ν τοὺς μετοίκους, [ε]ὐτάκτως ε|ἰσενήνοχεν κα|ὶ ἐν τῷ πολέ[μ]|ῳ τῷ πρότερον ἐθελοντὴς [ν]|αύτας δώδεκα ἐνεβίβασεν, καὶ νῦν εἰς τοὺς καταπάλτας ν[ε|υ]ρὰς ἐπέδωκεν καὶ ὅσα ἐπετά|χθη αὐτῷ ὑπὸ τῶν στρατηγῶν | καὶ τῶν ταξιάρχων, ἅπαντα πρ|οθύμως ὑπηρέτηκεν; 360, 4 sqq.: τάς τε στρατ[είας στρατεύεται μετὰ τοῦ δή]μου καὶ κατ — — vs. 6: [τὰ]ς εἰσφορὰς — — vs. 7: [ἐ]τάχθησαν[1]); cf. 270 (p. 17 sq.).

Denique verba, de quibus disputamus, cum Bakio[2]) ita intellegere noli, ut totius tributi, quantumcumque imperabatur, sextam partem tunc temporis inquilinos contulisse putes; si enim hoc orator indicare voluisset, simplicis verbi εἰσφέρειν loco „συνεισφέρειν“ posuisset; cf. Dem. XX, 11 sqq. (p. 18). Ad rem familiarem igitur sexta illa pars pertinet, quae omnibus promiscue inquilinis ad magistratus deferenda erat[3]).

Ceterum in voce εἰσφορᾶς eodem modo atque in vocabulo τέλους ex principali notione „tributi“ vis enata est „census“; cf. Isaei IV, 11: „Ἐχρῆν μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, ὅστις κατὰ δόσιν χρημάτων ἀμφισβητῶν ἡττηθείη, μὴ κατὰ τὸ τέλος ζημιοῦσθαι, ἀλλ' ἐφ' ὅσαπερ ληψόμενος ᾔει, τοσαῦτα τῇ πόλει ἀποτίνειν; Dem. XLIII, 75: ἐὰν δέ τις ὑβρίζῃ ἢ ποιῇ τι παράνομον, κύριος ἔστω (scil. ὁ ἄρχων) ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος; cf. etiam Polluc. VIII, 130: Ἀνθεμίων δὲ ὁ Διφίλου καλλωπίζεται δι' ἐπιγράμματος, ὅτι ἀπὸ

---

[1]) Ad inquilinum enim hunc titulum spectare etiam ex Hermaei nomine, utpote peregrini, evincitur; cf. Benseler. nomin. indic. s. h. v.

[2]) l. c. p. 181, qui nollem abuteretur (p. 179) Pollucis loco (VIII, 144: τὸ πὰρ' Ὑπερείδῃ μετοικικῆς συμμορίας ταμίας), ex quibus verbis, cum nesciamus, an nomini proprio apposita sint atque articulus desit, minime cogi potest, unam fuisse inquilinorum symmoriam.

[3]) Neque est, cur cum Boeckhio [Oec. civ. Ath. I, 697] ad Ussing. Inscr. Gr. ined. 57 (= C. I. A. II, 413) revocantes statuamus census quoque magnitudinem subinde mutatam esse, cum verbis „τάς τε εἰσφορὰς ἁπ[ά]σας, ὅσας ἐψήφισται ὁ δῆμος“ nihil aliud indicari videatur, nisi, quotiescumque pecuniis opus fuerit, Athenienses consuluisse, quota census pars ab inquilinis esset exigenda; item rem de civium tributo se habuisse, iam p. 17 n. 1, ostendimus.

τοῦ θητικοῦ τέλους εἰς τὴν ἱππάδα μετέστη — Διφίλου Ἀνθεμίων τὸν δ' ἵππον θεοῖς ἀνέθηκεν, | θητικοῦ ἀντὶ τέλους ἱππάδα ἀμειψάμενος aliosque locos, quibus vocabulo τέλους vis »classis« subicitur, velut Phot. 110, 1 sqq.; 110, 8; 354, 17; Harpocr. 161, 13 [= Phot. 110, 8].

Etiam in censu, qui Nausinico archonte est institutus, ut in Solonis censendi ratione minimas facultates definitas esse[1]), quibus tributum imponi posset, nonnullis sententiis declaratur in universum dictis velut Lys. XXII, 13: Δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, εἰ, ὅταν μὲν εἰσφορὰν εἰσενεγκεῖν δέῃ, ἣν πάντες εἴσεσθαι μέλλουσιν, οὐκ ἐθέλουσιν, ἀλλὰ πενίαν προφασίζονται; Dem. IV, 7: ἂν τοίνυν — ἕκαστος ὑμῶν, οὗ δεῖ καὶ δύναιτ' ἂν παρασχεῖν αὑτὸν χρήσιμον τῇ πόλει, πᾶσαν ἀφεὶς εἰρωνείαν ἕτοιμος πράττειν ὑπάρξῃ, ὁ μὲν χρήματ' ἔχων εἰσφέρειν, ὁ δ' ἐν ἡλικίᾳ στρατεύεσθαι — τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν κομιεῖσθε (cf. I, 28); XXVII, 66; X, 37; nec sine verisimilitatis specie ex Demosthenis loco, quem saepius iam citavi, XXVII, 7 (p. 31 et 43), duo milia quingentas drachmas summam illam fuisse Boeckhius suspicatus est: nam si id unum egissent Athenienses, ut destinaretur, quot quisque centesimas facultatum conferret, eadem, qua in ceteris rebus, usi essent centesimarum definiendarum ratione, quot drachmae pro singulis minis pensitarentur, computantes[2]).

---

[1]) Cf. Tittmann. l. c. p. 49, Wolf. Proleg. ad. Dem. or. Lept. p. 88; Schoemann. Griech. Alterth. I, 485 [cf. 483].

[2]) Non mille ducentos tantum, qui in symmoriis conscripti erant, tributo obligatos esse iam Boeckhius, etiam si non cunctae rationes ab eo prolatae probabiles sunt, Oec. civ. I, 684 sqq. (cf. Schoemann. Antiq. iur. publ. Graec. p. 323, n. 16; Griech. Alterth. I, 485) optime docuit ac longum est, quae Bakius l. c. p. 107 sqq. opponit, accuratius refellere, praesertim cum ex iis, quae p. 53 sqq. disputavi, falso eum de hac re indicasse consequatur (cf. Telf. Corp. iur. Attici p. 537). Ceterum de ratione, qua haec collegia composita esse veri simile videtur, satis habeo ad Boeckhii disputationem (Oec. civ. Athen. I, 688 sq.) delegare, id unum addens me addubitare, num re vera, ut Ulpianus (ad Dem. II, 29) pendens, ni fallor, ex Dem. XIV, 22 (δύο συμμορίας καὶ τριάκοντα τριήρεις τούτων ἑκάστῳ προσνεῖμαι τόπων, εἶτ' ἐπικληρῶσαι τὰς φυλὰς — ὅπως ἂν τῶν μὲν ὅλων νεωρίων ἓν ἑκάστῃ μέρος ᾖ τῶν φυλῶν) narrat, centeni viceni tantum homines a singulis tribubus notati sint, quippe cum, si hanc sequamur sententiam, fieri potuisse concedamus oporteat, ut, quoniam minime totidem et aeque opulenti in unaquaque tribu erant homines (cf. Boeckh. Inscr. nautic. p. 186), ex tribu aliqua nonnulli symmoriis adscriberentur minus locupletes hominibus aliarum tribuum, quorum nomina non delata essent. Propius igitur ad verum nos accedere arbitror, si aliquanto maiorem hominum ditiorum numerum tribules notasse, et imperatores, quos

Ut autem animo concipiamus, quaenam rei familiaris pars civibus Atheniensibus subinde in aerarium fuerit conferenda[1]), illos praecipue locos respiciamus necesse est, quibus de tributis agitur, quae certis quibusdam temporibus sunt imperata: velut compluribus aetatis Nausinici annis trecentis circiter talentis opus fuit[2]), i. e. vicesima fere census cunctae civitatis parte, ita ut cives vel primae classis centesimam tantum facultatum partem solvere deberent; deinde Demosthenes III, 4, cum Philippus oppidum, cui nomen Ἡραῖον τεῖχος erat, in Thracia situm, oppugnaret, Athenienses sexaginta talenta exigi iussisse memoriae prodidit, ut eiusdem classis hominum tributum quingentesima esset rei familiaris; denique cives Demosthenis aetate aegre tulerint, si duodecima census totius rei publicae ipsis iniuncta sit[3]), quamquam tum quoque ditissimi cives sexagesimam solum facultatum pensitaverint[4]).

Quae vero tributa ante Nausinicum archontem exacta sint, duobus tantum locis accepimus: Athenienses Mitylenen oppugnaturos (Ol. 88, 1 = 428 a. Chr. n.), ut trecenta talenta penderentur, decrevisse Thucydides[5]) narrat, et Aristophanes (Eccles. 823 sqq.) Euripidem refert auctorem fuisse, ut quingenta imperarentur. Quae si contempleris, cur Athenienses tam gravarentur tributum con-

---

praefuisse constat civibus in symmorias distribuendis [Dem. XXXIX, 8: τίνα δ' οἱ στρατηγοὶ τρόπον ἐγγράψουσιν, ἂν εἰς συμμορίαν ἐγγράφωσιν, ἢ ἂν τριήραρχον καθιστῶσιν; cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 620; Meier. et Schoemann. l. c. p. 908] illos mille ducentos designasse statuamus; ante omnia enim non per tribus Athenienses tributa imperasse tenendum est. Cf. p. 58.

[1]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Athen. I, 619 sq.; 400 sq.; 674 sqq.

[2]) Dem. XXII, 44.

[3]) Dem. XIV, 27. Cur non tertio exemplo a Boeckhio Oec. civ. Ath. I, 676 adlato utar, ex iis patet, quae p. 17 sqq. dixi.

[4]) Num ducenta talenta, quae in expeditionem ad Thermopylas factam consumpta sunt, tributo Athenienses erogaverint, ex Demosthenis quidem verbis [XIX, 84: καὶ ματαία μὲν ἡ πρότερον βοήθεια ἡ εἰς Πύλας ὑμῖν γέγονεν, ἣν μετὰ πλειόνων ἢ διακοσίων ταλάντων ἐποιήσασθε, ἂν λογίσησθε τὰς ἰδίας δαπάνας τὰς τῶν στρατευσαμένων] non liquet.

[5]) III, 10. Non primum hoc tributum Athenienses contulisse Boeckhius l. c. [cf. Tittmann. l. c. p. 41, n. 3] ostendit; cf. Hermann. Antiqu. I, 162, 2; raro autem in aetate, quae antecessit, idque postquam prius sociale foedus factum est, Athenienses civibus tributum imposuisse colligi potest etiam ex Isocr. VIII, 82: „Οὕτω γὰρ ἀκριβῶς εὕρισκον, ἐξ ὧν ἄνθρωποι μάλιστ' ἂν μισηθεῖεν, ὥστ' ἐψηφίσαντο τὸ περιγιγνόμενον τῶν πόρων ἀργύριον διελόντες κατὰ τάλαντον εἰς τὴν ὀρχήστραν τοῖς Διονυσίοις εἰσφέρειν, ἐπειδὰν πλήρες ᾖ τὸ θέατρον.

ferre[1]) neque raro haud solida solverent tributa[2]), non tam in tributorum magnitudine[3]), quam in eo fuisse intellegas, quod Athenienses Demosthenis quidem temporibus, ut orator ipse declarat, plerumque officia neglegebant nec iam rei publicae salutem suis ipsorum praeferebant commodis; quamquam tributa, si compluribus annis continuis imposita sint, gravia fieri potuisse[4]) et alias quoque ob causas nonnullos cives in angustias esse compulsos[5]) non licet negari.

Restat, ut commemorem pro patrimoniis, etsi filii non inter se diviserint, minime tributum ita exactum esse, ac si unus tantum ea possideret[6]).

---

[1]) Dem. II, 24: ἀλλ' ἐκεῖνο θαυμάζω, εἰ — ἵν' οἱ ἄλλοι τύχωσι τῶν δικαίων, τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν ἀνηλίσκετε εἰσφέροντες καὶ προεκινδυνεύετε στρατευόμενοι, νυνὶ δ' ὀκνεῖτε ἐξιέναι καὶ μέλλετε εἰσφέρειν ὑπὲρ τῶν ὑμετέρων αὐτῶν κτημάτων; VIII, 21: ἡμεῖς οὔτε χρήματα εἰσφέρειν βουλόμεθα οὔτε αὐτοὶ στρατεύεσθαι, οὔτε τῶν κοινῶν ἀπέχεσθαι δυνάμεθα; 23; 29; 46; 76; I, 6; 20; II, 13; 27; IV, 7; IX, 64; X, 19; XXI, 203; (prooem. 41, 3).

[2]) Dem. XXII, 48 (= XXIV, 160): δημηγορίας δ' ἐπὶ τούτοις ποιούμενος, ὡς ἔστι τριῶν αἵρεσις ὑμῖν, ἢ τὰ πομπεῖα κατακόπτειν ἢ πάλιν εἰσφέρειν, ἢ τοὺς ὀφείλοντας εἰσπράττειν, αἱρουμένων εἰκότως ὑμῶν τοὺς ὀφείλοντας εἰσπράττειν — ψηφίσματα — εἶπεν ἐν ὑμῖν δεινὰ καὶ παράνομα; cf. etiam §§. sequentes; XXXIX, 15: τί δ', εἴ τινας εἰσφορὰς μὴ θείη; XXII, 42; 43 sq.; 60; 63; 65 sqq. [= XXIV, 172—175]; 70; XXIV, 92 sqq.; 169; Lys. XXIX, 9. In exigendis tributis retro debitis iniuste nonnunquam eos se gessisse, qui hoc munus subierant, legimus Dem. XXIV, 198: πολλῷ γὰρ δήπου σχετλιώτερα ἐπάσχεθ' ὑμεῖς καὶ πολὺ μᾶλλον ἂν εἰκότως ἠλέεις τούτους, οἳ δι' ὑμᾶς, ὦ κατάρατε, τοὺς λέγοντας οὐδ' ὁτιοῦν εἰσφέροντες παύονται, καὶ οὐκ ἀπόχρη τοῦτ', ἀλλὰ καὶ διπλᾶ πράττονται [cf. 201; 111].

[3]) Cf. Boeckh. l. c. I, 676 sq.; Rodbert. l. c. 456.

[4]) Lys. XXVIII, 3; Boeckh. l. c. 678; Hermann. Antiq. I, 161, 4.

[5]) Dem. XLIX, 23: ἀπολελυμένῳ τοίνυν τῆς αἰτίας πολλὴ συνέβαινεν αὐτῷ μετὰ ταῦτα χρημάτων ἀπορία εἴς τε τὰς ἰδίας χρείας καὶ εἰς τὰς δημοσίας εἰσφοράς, ἃς ὁρῶν ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς οὐκ ἐτόλμα τοῦτον εὐθὺς ἀπαιτεῖν τὸ ἀργύριον.

[6]) Hoc enim ex Demosthenis loco, quem paulo infra p. 55 n. 4 referam, non esse cogendum puto.

Cap. II. De liturgiis.

§. 1. In liturgiarum[1]) numero, ex quibus nonnullas quidem Hippiae atque etiam Solonis aetate[2]) in usum venisse constat, scriptores disserte ponunt[3]): tributum in antecessum datum (προειc-

[1]) Cf. Telfii Corp. iur. Att. n. 917—21. In ceteris quoque Graecorum civitatibus munus liturgiarum fuisse e locis cognoscas, qui a Boeckhio l. c. I, 409 sq. [cf. Schoemann. Griech. Alterth. I, 303 et Tittmann. l. c. p. 40 sq.] commemorati sunt; quibus hosce duos addas: Aristot. Ethic. Nicom. IV, 2, 20 [= 1123 a, 20 sqq.]: ἐν γὰρ τοῖc μικροῖc τῶν δαπανημάτων πολλὰ ἀναλίcκει καὶ λαμπρύνεται παρὰ μέλοc, οἷον ἐρανιcτὰc γαμικῶc ἑcτιῶν καὶ κωμῳδοῖc χορηγῶν ἐν τῇ παρόδῳ πορφύραν εἰcφέρων, ὥcπερ οἱ Μεγαρεῖc; Wescher. et Foucart. Inscr. Delph. n. 16: ἀτέλειαν εἶναι χοραγίαc καὶ τοῦ ἰατρικοῦ. Nam ut accurate, quae inscriptionibus traduntur, ad rem conferremus, unoquoque loco considerare opus erat, num vocabula, quibus singulae liturgiae Athenis significabantur, re vera pertinerent ad eius generis munera, an ad magistratus [de gymnasiarchiae magistratu cf. C. I. Gr. 2360 = Rangab. Antiq. Héllen. tit. 821 vs. 21 sq.], et, cum tituli magna ex parte posterioris essent aetatis, inquirere, num ipsa vox liturgiarum angustiore accipi posset notione, quam Athenienses ei subiecerant; etiam enim ad magistratus aliaque officia hoc vocabulum nonnunquam referendum esse, ut praeteream C. I. Gr. 1738 ([ἀ]γωνοθέτην, Φωκάρχην, Ἀμφικτύονα, θεηκόλον, Πανέλληνα, ἄρχοντα καὶ τὰc ἄλλαc πάcαc ἐν τῇ πατρίδι τελέcαντα λιτουργίαc); 2768 (καὶ εἰρηναρχήcαντα καὶ τὰc λοιπὰc λιτουργίαc φιλοτίμωc ἐκτελέcαντα), 3187, ex C. I. A. II, 331 vs. 17 sq.: ἀλειτουργήτουc εἶναι τῶν ἔργων τῶν πρὸc τὴν πολιορκίαν et vs. 60 sq. [cf. p. 26 n. 1] compertum habemus; sed hanc quaestionem hic instituere longum est.

[2]) Aristot. Oecon. II, 2, 4, 2 [= 1347 a, 11 sqq.]: ὅcοι τε τριηραρχεῖν ἢ φυλαρχεῖν ἢ χορηγεῖν ἤ τινα εἰc ἑτέραν ταύτην λειτουργίαν ἤμελλον δαπανᾶν, τίμημα τάξαc μέτριον ἐκέλευcε τὸν βουλόμενον ἀποτίcαντα τοῦτο ἐγγράφεcθαι εἰc τοὺc λελειτουργηκόταc; Dem. XLII, 1: πολλὰ κἀγαθὰ γένοιτ' ὦ ἄνδρεc δικαcταὶ — Σόλωνι τῷ νομοθετήcαντι τὸν περὶ τῶν ἀντιδόcεων νόμον. Falso Rosenkranzius („de choregia“ p. 3 sq.) duobus his locis fidem omnino denegandam esse contendit, illi, quod nemo his temporibus putet Aristotelem scripsisse alterum Oecon. librum [quam rem Boeckhium ipsum non fugisse (I p. 417) Rosenkranzius neglexisse videtur], huic, quod munus chori instruendi positum sit in tribuum ratione a Clisthene institutarum; sed — ut prius, quod opinatur, argumentum omittam — nonne alio modo ante Clisthenem destinari potuerunt, qui hac liturgia fungerentur. Quid? non eodem iure, si memoria evanuisset, cum posteriore aetate collegiis trierarchia iniuncta esset, hoc munus, antequam symmoriae instituerentur, nequaquam potuisse exstare adfirmari liceret,?

[3]) De vocis λειτουργιῶν explicatione cf. Suid. II, 1, 556; Phot. 583; 180; Boeckh. l. c. I, 594; Hermann. Antiq. I, 161, 7; Schoemann. Griech. Alterth. I, 486.

φοράν[1]), trierarchiam[2]), hippotrophiam[3]), choregiam[4]), gymnasiarchiam[4]), epulas tribulibus ornandas [ἑστίασιν][4]), architheoriam[5]); sed alia quoque minoris momenti munera huc pertinere postea cognoscemus. Omnia haec officia exceptis duobus, quae primo loco commemoravi, λειτουργίαι ἐγκύκλιοι proprie dicta[6]), etiam χορηγίαι vel, trierarchiae opposita, propter excellentiam λειτουργίαι nominabantur; cf. primum: Dem. XX, 19: σκεψώμεθα δή, τίνας ἡμῖν εἰσποιεῖ χορηγοὺς εἰς ἐκείνας τὰς λειτουργίας. — οἱ μὲν τοίνυν πλουσιώτατοι τριηραρχοῦντες ἀεὶ τῶν χορηγιῶν ἀτελεῖς ὑπάρχουσιν; Isaei V, 41: οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι — πάσας μὲν χορηγίας ἐχορήγησαν, εἰσήνεγκαν δὲ εἰς τὸν πόλεμον χρήματα πολλὰ ὑμῖν καὶ τριηραρχοῦντες οὐδένα χρόνον διέλιπον; Lysiae XIX, 57; Dem. VIII, 70; XX, 130; XXXVI, 41; XLV, 66; deinde: Dem. XXI, 151 (cf. 152, XX, 151): οὐχ ὁρᾷς, ὅτι τριηραρχίας ἐρεῖ καὶ λειτουργίας; XX, 129: τῶν μὲν εἰς τὸν πόλεμον πασῶν εἰσφορῶν καὶ τριηραρχιῶν ἐκ τῶν παλαιῶν νόμων οὐκ εἰσὶν ἀτελεῖς, τῶν δὲ λειτουργιῶν, εἴπερ εἰσὶν ἱερῶν, οὐδ' ἔχουσιν; Isaei VI, 60: καὶ Φανόστρατος μὲν τετριηράρχηκεν ἑπτάκις ἤδη,

---

[1]) Dem. L, 9 (cf. p. 22 n. 2).

[2]) Lys. XXIX, 4: καίτοι δεινόν, εἰ οἱ μὲν τὰς οὐσίας ἔχοντες ὀλοφυροῦνται τριηραρχοῦντες, οὗτος δὲ οὐδὲν πρότερον κεκτημένος ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ ἐθελοντὴς ὑπέστη ταύτην τὴν λειτουργίαν; Dem. XXVIII, 3: χορηγεῖ καὶ τριηραρχεῖ καὶ τὰς ἄλλας λειτουργίας λειτουργεῖ; XVIII, 106; L, 40; 58; 65 sq.; LI, 7, Isocr. XV, 145; XVIII, 58; Lys. XXXII, 24; Suid. II, 2, 1209, 2 sqq.; Schol. Aristophan. Equ. 912 [922, 908]; C. I. A. II, 302 vs. 12 sqq.; vs. 21 sqq.

[3]) Cf. quae infra uberius de hac liturgia disseremus.

[4]) Andocid. IV, 42: περὶ δὲ τῶν λειτουργιῶν οὐκ ἀξιῶ μεμνῆσθαι, πλὴν κατὰ τοσοῦτον, ὅτι τὰ προσταττόμενα δαπανῶ οὐκ ἀπὸ τῶν κοινῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἰδίων· καίτοι τυγχάνω νενικηκὼς εὐανδρίᾳ καὶ λαμπάδι καὶ τραγῳδοῖς; Dem. XXXIX, 7: οὐκοῦν Μαντίθεον Μαντίου Θορίκιον οἴσουσί με, ἂν χορηγὸν ἢ γυμνασίαρχον ἢ ἑστιάτορα ἢ ἐάν τι τῶν ἄλλων φέρωσι — οὐχ ὑπακούομεν, οὐ λειτουργοῦμεν; cf. Aristot. Oec. II, 2, 4, 2 [= 1347 a, 11 sqq.] (p. 52 n. 2); Polit. V, 7, 11 [= 1309 a, 17 sqq.]; Dem. XXI, 154 sqq.; Schol. Dem. 465, 28.

[5]) Bekker. Anecd. 250, 22.

[6]) Dem. XX, 21: πόσοι δή ποτ' εἰσὶν οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας λειτουργοῦντες· χορηγοὶ καὶ γυμνασίαρχοι καὶ ἑστιάτορες; Schol. Demosth., quod Saccelio edidit (Bulletin de Correspondence Hellénique I (1877) p. 147), ad Leptin. §. 21: Ἐγκύκλιοι λειτουργίαι· αἱ δημόσιαι χορηγίαι, καθὸ κατὰ κύκλον καὶ ἐκ διαδοχῆς ἐγίνοντο; Bekker. Anecdot. 250, 22: Ἐγκύκλιοι λειτουργίαι· αἱ κατ' ἐνιαυτὸν γινόμεναι, οἷον χορηγίαι, γυμνασιαρχίαι, καὶ ἱερῶν περίοδος; cf. Wolf. l. c. 86 sq.; Boeckh. l. c. I, 596; Hermann. Antiq. I, 161, 8.

τὰς δὲ λειτουργίας ἁπάσας λελειτούργηκε καὶ τὰς πλείστας νίκας νενίκηκεν; quo sermonis more optime explicatur, quid fuerit, cur scholiasta Dem. 462, 15 (τῶν γὰρ εἰς πόλεμον) diceret: — — — — ἕτερον δὲ, ἵνα μή τις οἴηται τὰς λειτουργίας τὰς αὐτὰς εἶναι ταῖς εἰσφοραῖς καὶ τριηραρχίαις et 462, 22: δείκνυσι δὲ ἡ πολιτεία ψεῦδος ὂν τὸ τοὺς πλουσιωτάτους λειτουργεῖν, νέμουσα ταῖς τριηραρχίαις αὐτούς· ὥστε πῶς ἂν οἱ πλουσιώτατοι λειτουργήσαιεν, quibus cum locis componas Schol. Dem. 540, 19 sqq.[1]). Ceterum in sollemnibus quidem muneribus certum erat ac definitum, quo ordine civibus ea fungenda essent[2]).

Praestandae vero liturgiae, nisi quis sua sponte eas subibat, iis tantum fuerunt, qui certas quasdam pecunias[3]) et minimum quidem plus duobus talentis possidebant[4]), legeque sancitum fuisse opinor, quantis opus esset pecuniis, ut ad singulas liturgias cives adstringerentur[5]).

---

[1]) Cf. Wolf. Proleg. p. 89 sq.

[2]) Dem. IV, 36: ἐκεῖνα μὲν ἅπαντα νόμῳ τέτακται, καὶ πρόοιδεν ἕκαστος ὑμῶν ἐκ πολλοῦ, τίς χορηγὸς ἢ γυμνασίαρχος τῆς φυλῆς, πότε καὶ παρὰ τοῦ καὶ τί λαβόντα τί δεῖ ποιεῖν — ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ πολέμου καὶ τῇ τούτου παρασκευῇ ἄτακτα, ἀδιόρθωτα, ἀόριστα ἅπαντα; Schol. Dem. 502, 3: οὔτε διαδικασίαν] διαδικασία ἡ ἐπίκρισις τοῦ ἐπιτηδείου πρὸς λειτουργίαν, ἣν ποιοῦνταί τινες τοῖς μέλλουσι χορηγεῖν, οὓς ἂν ὁρισθῆναι βούλωνται, πότε δεῖ λειτουργεῖν αὐτούς.

[3]) Dem. XX, 19: οἱ μὲν τοίνυν πλουσιώτατοι τριηραρχοῦντες ἀεὶ τῶν χορηγιῶν ἀτελεῖς ὑπάρχουσιν, οἱ δ' ἐλάττω τῶν ἱκανῶν κεκτημένοι, τὴν ἀναγκαίαν ἀτέλειαν ἔχοντες, ἔξω τοῦ τέλους εἰσὶ τούτου; Isaei XI, 40: Στρατοκλεῖ γὰρ κἀμοὶ τὰ μὲν ὑπάρξαντα πατρῷα τοσαῦτα ἦν, ὥστε εἶναι μὲν ἱκανά, λειτουργεῖν δὲ μὴ ἄξια; 48: ἐμοὶ δὲ μάρτυρές ἐστε πάντες, ὅτι οἱ τῆς ἐμῆς γυναικὸς ἀδελφοὶ — οὐ τῶν λειτουργούντων ἦσαν, ἀλλὰ τῶν βραχεῖαν κεκτημένων οὐσίαν; VII, 5; frg. 22, 1; Lysiae XXXI, 12; Dem. XXIX, 24; XLII, 22 sq.; (de trierarchia cf.) XX, 28; Aeschin. I, 97; 101.

[4]) Dem. XXVII, 64: ἕτεροι μὲν οἶκοι ταλαντιαῖοι καὶ διταλάντοι καταλειφθέντες ἐκ τοῦ μισθωθῆναι διπλάσιοι καὶ τριπλάσιοι γεγόνασιν, ὥστε ἀξιοῦσθαι λειτουργεῖν; Isaei III, 80; cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 598; 749; Tittmann. l. c. 50; Hermann. l. c. I, 161, 13.

[5]) Isocr. XV, 154: πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους, περὶ ὧν Λυσίμαχος διέβαλεν, ὡς παμπληθῆ κεκτήμεθα τὴν οὐσίαν, ἀναγκαῖόν ἐστιν εἰπεῖν, ἵνα μὴ πιστευθεὶς ὁ λόγος εἰς μείζους καὶ πλείους ἡμᾶς ἐμβάλῃ λειτουργίας, ὧν ὑπενεγκεῖν ἂν δυνηθεῖμεν; Isaei III, 80: καὶ ἐν τῷ δήμῳ κεκτημένος τὸν τριτάλαντον οἶκον, εἰ ἦν γεγαμηκώς, ἠναγκάζετο ἂν ὑπὲρ τῆς γαμετῆς γυναικὸς καὶ θεσμοφόρια ἑστιᾶν τὰς γυναῖκας, καὶ τἆλλα, ὅσα προσῆκε λειτουργεῖν ἐν τῷ δήμῳ ὑπὲρ τῆς γυναικὸς ἀπό γε οὐσίας τελικαύτης, de quo loco cf. quae infra exposui agens de ἑστιάσεως liturgia in Thesmophoriis praestanda.

Deinde etiam cum peregrinati sint, ex re familiari, quam Athenis reliquerint, haec munera civibus perficienda fuisse recte, ni fallor, Wolfius[1]) primus loco indicari existimat, qui est Dem. XX, 40: καὶ μὴν οὐδ' ὅπως οὐκ ἀντιδώσει τῷ Λεύκωνί τις, ἐὰν βούληται, δύναμαι σκοπούμενος εὑρεῖν. χρήματα μὲν γάρ ἐστιν ἀεὶ παρ' ὑμῖν αὐτοῦ, κατὰ δὲ τὸν νόμον τοῦτον, ἐάν τις ἐπ' αὐτὰ ἔλθῃ, ἢ στερήσεται τούτων ἢ λειτουργεῖν ἀναγκασθήσεται[2]).

Denique dignum arbitror, quod notetur, filios, si patrimonium inter se non dispertiti sint[3]), non lege coactos, sed ex pacto communiter liturgias sustinuisse, velut si unus exstaret bonorum dominus[4]).

§. 2. Uberius iam de unaquaque liturgia expposituri primo loco de munere tractemus, quod Athenienses προεισφοράν nominabant.

Quia, ut supra narravimus, haud raro complures tributum non solverunt eaque re fieri potuit, ut res publica in summas adduceretur angustias, Atheniensibus, ne haec difficultas exsisteret, quam maxime nitentibus placuit, ut trecenti ipsorum ditissimi totam tributi, quodcumque imperarent, summam in antecessum darent[5])

---

[1]) l. c. p. 120 n. *y*; nihil ad rem valere alterum, quem Wolfius commemoravit, locum, Antiph. V, 77, ex recta sententiae interpretatione consequitur, quae a Boeckhio (l. c. I, 652) est prolata; cf. Westermann. Diar. literar. antiqu. 1844 p. 583; Rosenkranz l. c. p. 9 sq.

[2]) De hoc loco in altera huius opusculi parte uberius mihi est tractandum.

[3]) De hac re cf. Dem. XLVII, 34; Lysiae XXXII, 4.

[4]) Dem. XXXVI, 39: ἀλλὰ νὴ Δία ταῦθ' ἡ πόλις εἴληφε, καὶ δεινὰ πέπονθας πολλὰ καταλελειτουργηκώς· ἀλλ' ἃ μὲν ἐκ κοινῶν ἐλειτούργεις τῶν χρημάτων, σὺ καὶ ὁ ἀδελφὸς ἀνηλώσατε, ἃ δ' ὕστερον, οὐκ ἔστιν ἄξια μὴ ὅτι δυοῖν ταλάντοιν προσόδου, ἀλλ' οὐδ' εἴκοσι μνῶν; cf. Part. II *A*, cap. I §. 1 *b*.

[5]) Dem. XLII, 25: καλῶν γὰρ κἀγαθῶν ἐστι δικαστῶν τοὺς μὲν τῶν πολιτῶν ἐθέλοντας, ὅταν εὐπορῶσι, λειτουργοῦντας καὶ ἐν τοῖς τριακοσίοις· ὄντας ἀναπαύειν, ὅταν τούτου δεόμενοι τυγχάνωσι, τοὺς δὲ νομίζοντας ἀπολλύειν, ὅταν εἰς τὸ κοινόν τι δαπανήσωσιν, ἄγειν εἰς τοὺς προεισφέροντας; Schol. Dem. II, 29: ἐποίουν δὲ τοῦτο, ἵνα μὴ ἐξαίφνης πόλεμος αὐτοὺς ἐπείξῃ καὶ τύχῃ πρὸς τὸ παρὸν μὴ ἔχειν χρήματα τοὺς ἧττον πλουσίους· εἰσέφερον γὰρ οἱ πλουσιώτεροι ὑπὲρ αὐτῶν καὶ προετέλουν καὶ ἐδέχοντο ταῦτα ὕστερον κατὰ σχολήν. — οὗτοι ἦσαν οἱ πάνυ πλούσιοι, οἱ πρῶτοι, οἵτινες προεισέφερον τῶν ἄλλων; de trecentis illis cf. etiam XLII, 3 sq.; argument. huius orationis; XIII, 20; XVIII, 171; XXI, 153; Isaei VI, 60. Cum his locis, praecipue Dem. XVIII, 171 [„εἰ δὲ τοὺς πλουσιωτάτους (παρελθεῖν ἔδει), οἱ τριακόσιοι (ἀναστάντες ἐπὶ

iidemque debitas pecunias a reliquis exigerent[1]). Cum autem Athenienses hanc tributi conferendi rationem, postquam instituta ac donec lege non abrogata est, tum adhibuisse, tum ab ea discessisse a vero maxime abhorreat et nonnullis post Nausinicum annis tributa retro debita publice esse exacta memoriae proditum sit[2]), ut Lipsius iam animadvertit[3]), post illum archontem demum hoc institutum in usu fuisse apparet. Primum haec liturgia commemoratur in Dem. orationis L, quae ad Ol. 104, 3/4 pertinet, sectione 8. Atque ut in tributo pendendo etiam libertate Atheniensibus erepta nihil aut certe non multum mutatum esse ex nonnullis locis, qui in iis, quae antecedunt, adlati sunt[4]), consequitur, ita illam quoque legem non solum Alexandri[5]), sed posteriore etiam aetate permansisse existimo verba respiciens, quae legimus C. I. A. II, 380, decreti, quod altero secundi ante Chr. n. saeculi dimidio factum est et ad inquilinum spectat, vs. 1 sqq.:

— — ν ὁ δῆμος ἐξ ἐπιδόσε[ως] (aut ἐπιδόσε[ων])
εἰς τὴν σωτηρίαν τῶμ π[ολιτῶν]
3 et 4: — — ο.ς [ἐ]πέδωκεν καὶ ὑπὲρ ἑαυ[τοῦ καὶ ὑπὲρ τῶ]ν ὑῶ[ν]
ἀμφοτέρων ὅσον πλεῖστον
5 sqq.: — — με. [ο — — δ]ὲ τὸ[ν] προδάνεις
— — ων . . . τὴν ἐλευθερίαν
— — ας προεισήνεγκεν.

τὸ βῆμα ἐβάδιζον ἄν)«] trecentorum nomine ditissimos Atheniensium significatos esse clare ostendatur, ac Dem. LXII, 25, si quidem is, qui orationem habebat, adversario quam maximum munus minaturus fuit, aperte demonstretur trecentos eosdem fuisse atque homines, qui pecunias pro ceteris civibus dabant in antecessum, nequaquam, ut ex scholii, quod ad Dem. II, 29 scriptum est, priore parte colligi possit, duas trecentorum fuisse classes, quibus officium illud servandum fuerit, per se patet; cf. Boeckh. l. c. I, 682 sqq.

[1]) Dem. L, 9: ἔθηκα τὰς προεισφορὰς πρῶτος. καὶ οὐκ εἰσεπραξάμην διὰ τὸ τότε μὲν ἀποδημεῖν ὑπὲρ ὑμῶν τριηραρχῶν, ὕστερον δὲ καταπλεύσας καταλαβεῖν τὰ μὲν εὔπορα ὑφ' ἑτέρων προεξειλεγμένα, τὰ δ' ἄπορα ὑπόλοιπα; Schol. Dem. II, 29; Dem. XXXVII, 37: τί δὲ (ἐν ταῖς μεταλλικαῖς δικάσεται), ἂν δανείσηται παρά του; ἂν κακῶς ἀκούσῃ; — ἂν προεισφορὰν μὴ κομίζηται; cf. Boeckh. l. c. I, 691; Wolf. l. c. 96; Westermann. Encycl. Paul. VI, 1 p. 93.

[2]) Cf. locos, quos p. 51 n. 2 attuli et in primis Dem. XXII, 44 (p. 47 n. 1).

[3]) l. c. p. 297 sqq.

[4]) Cf. C. I. Gr. 103, Herm. II p. 169 [p. 33]; C. I. A. II, 121, 176 [p. 18], 360, 413 [p. 48]; praeterea C. I. A. II, 422, 5: [εἰσήνεγ]κεν οὐκ ὀλίγα χρή[ματα].

[5]) Dem. XLII, 25; Blass. Att. Bereds. III p. 447; sed cf. p. 78 n. 1.

Denique ut pagum unumquemque, ne res publica fraude deciperetur neve illud ad tempus grave officium hominibus iniungeretur parum fortuna ornatis, designasse statuerem, qui suorum hoc munus exsequerentur, verbis permotus sum, quae exstant Dem. L, 8: καὶ τῶν χρημάτων, ὧν εἰς τὸν ἔκπλουν ἐψηφίσασθε εἰσενεχθῆναι, μέρος οὐκ ἐλάχιστον ἐγὼ ὑμῖν προεισήνεγκα. δόξαν γὰρ ὑμῖν ὑπὲρ τῶν δημοτῶν τοὺς βουλευτὰς ἀπενεγκεῖν τοὺς προεισοίσοντας τῶν τε δημοτῶν καὶ τῶν ἐγκεκτημένων, προσαπηνέχθη μου τοὔνομα ἐν τριττοῖς δήμοις διὰ τὸ φανερὰν εἶναί μου τὴν οὐσίαν[1]); haud apte enim versaremur in explicandis his vocabulis, si paganos, quamvis ipsi ex suo numero opulentissimos elegissent, eorum nomina ad senatum[2]) et senatores demum ad magistratum i. e. ad imperatores[3]) censeremus detulisse: nam quae causa excogitari potest, cur Athenienses hanc impeditam secuti sint rationem? Deinde cum defensa quidem hac opinione pagorum illa nominum delatio summa populisciti habenda esset, nonne mirum videretur, cur scriptor sententiam non in hunc potius modum conformasset: »δόξαν γὰρ ὑμῖν τοὺς δημότας καὶ τοὺς βουλευτὰς ἀπενεγκεῖν τοὺς προεισοίσοντας?« Una igitur, atque, quod equidem cognoscam, vera haec restat loci inter-

---

[1]) De Boeckhii [l. c. I p. 690 sqq.] ac Wachsmuthii [Antiqu. II², 98 et 106] huius loci explanatione haud necesse arbitror fusius tractare, quod ea refellitur, si verborum »ὑπὲρ τῶν δημοτῶν« interpretationem, quam proferebam, tibi comprobavi; cf. etiam Hermann. l. c. I, 171, 6 et Lips. l. c. p. 299. Apparet igitur voces: ἐν τριττοῖς δήμοις non, ut Boeckhius putat, verti posse: »von drei Demen« sed »in drei Gauen«; nempe senatores, cum per pagos ditissimos quosque notarunt, in tribus pagis detulerunt nomen Apollodori; deinde verba »τῶν τε δημοτῶν καὶ τῶν ἐγκεκτημένων«, non, ut Boeckhius vult et Huellmanus [l. c. p. 60], genetivos, qui dicuntur, comparativos, sed cum Lipsio genetivos partitivos intellego, quia, si Boeckhii amplecteremur sententiam, trecentorum illorum pro suis cuique paganis pecunias conferendas fuisse existimaremus oportebat; quae res minime adridet, cum hanc liturgiam pro facultatibus singulis imperatam esse pateat, illa vero ratione probata fieri potuerit, ut perinique hoc munus in trecentos dispertiretur.

[2]) Hoc nominum deferendorum modo Athenienses usos esse puto in hominibus notandis, qui nautarum ministeriis fungerentur; conferas quaeso Dem. L, 7: οὐκ ἦλθον οἱ ναῦται οἱ καταλεγέντες ὑπὸ τῶν δημοτῶν et §. 6: ἐψηφίσασθε — τοὺς βουλευτὰς καὶ τοὺς δημάρχους καταλόγους ποιεῖσθαι τῶν δημοτῶν καὶ ἀποφέρειν ναύτας; quae verba si cum loco composueris, quem supra tractavi, minime arbitror fore, ut te lateat, quantum haec illaque res discrepent inter se.

[3]) Imperatores enim tributo in singulos cives distribuendo praefuisse p. 49 n. 2 iam commemoravi.

pretatio: Atheniensibus, quo magis res maturaretur[1]), tum placuit, ut senatores in paganorum vicem designarent, qui tributum darent in antecessum, i. e. munere, quod alias pagani subierant, tum senatus fungi iussus est[2]).

Ipsos autem imperatores arbitror ex hominibus, qui sive a pagis, sive, ut tempore fiebat, quod in oratione Demosthenis L significatum est, a senatoribus erant notati, trecentos illos designasse, qui re vera deinceps liturgiam, de qua agitur, praestare deberent.

Cur plures quam trecentos ab universis pagis notatos esse suspicer, similis est causa, qua adductus sum, ut tribules ipsos nomina tantum mille ducentorum detulisse, qui in symmoriarum tabulas referrentur, negarem[3]). Accedit, quod ut Apollodori ita aliorum quoque nomina in duobus vel compluribus pagis deferri potuerunt itaque, si certam quandam partem trecentorum solum unusquisque pagus notavisset, nequaquam numerus trecentorum, quo opus erat, esset completus.

Noli vero cum Boeckhio ac Lipsio locum ita explicare, ut praeter consuetudinem statuas illo tempore ditissimorum nomina per pagos delata esse; cum enim, ut supra iam dixi, maturato opus fuerit, nequeat perspici, cur tunc ipsum haec locupletum notandorum ratio instituta, non ex illis mille ducentis ditissimi sint electi.

§. 3. Trierarchiae[4]), quam Solonis[5]) et Hippiae[6]) iam temporibus fuisse constat atque etiam infima aetate permansisse C. I. A. II, 302, qui titulus anno Ol. 121, 3 vel 4 (= 294 vel 293 a. Chr. n.) attribuendus est, memoriae proditur, alia alio tempore erat ratio, ut Wolfius, qui, quamvis complures ante eum de hoc munere

---

[1]) §. 6: ἐψηφίϲαϲθε — τοὺϲ βουλευτὰϲ καὶ τοὺϲ δημάρχουϲ — διὰ τάχουϲ τὸν ἀπόϲτολον ποιεῖϲθαι καὶ βοηθεῖν ἑκαϲταχοῖ; cf. etiam §§. antecedentes.

[2]) Hoc modo verba Kirchhoffii corrigenda esse arbitror, quae reperias Comment. acad. Berolin. 1865 p. 72: »Er (scil. »der Rath«) griff mitunter durch einen Volksbeschluss ermächtigt in das Geschäft der Beitreibung der für die Flotte ausgeschriebenen Kriegssteuer durch eine aus seiner Mitte abgeordnete Commission ein«.

[3]) Cf. p. 49 n. 2.

[4]) Cf. Telfii Corp. Iur. Att. n. 935—956; Wolf. l. c. 103—119; Boeckh. Inscr. nautic. p. 177—195; Oecon. civ. Athen. I, 699—749; Hermann. l. c. I, 171, 9—21; Curtii Hist. Graec. III[4], 468; 571—574; 688—691.

[5]) Cf. p. 52 n. 2.

[6]) Cf. p. 52 n. 2.

egissent[1]), tamen rem primus explanavit atque inlustravit, iure haec faceta verba fecerit: »Sequitur trierarchia, onus olim molestius et sumptuosius ceteris omnibus, etiam hodie, quamquam sine sumptu, molestissimum, si quis rationem eius penitus cognoscere cupiat«[2]); sed postquam ipse celeberrimus hic grammaticus et Boeckhius, vir quam splendidissimo ingenio, viam aperuerunt, nunc praecisius de trierarchia exponere licet[3]).

Quoad civitas Atheniensium in naucrarias[4]) distributa est, quae Solonis aetate quadraginta octo, inde a Clisthene quinquaginta fuerunt[5]), singuli ex iis eligebantur cives, quorum quisque unam navem triremem instrueret[6]), atque etiam postea, cum navium facultates Athenis magis magisque augerentur, singulis trierarchis singulae naves tradebantur exornandae, dum Athenienses concesserunt, ut bini in partem venirent navium singularum impensae[7]), cuius rei, quod equidem sciam, prima Lysiae XXII, 24 sq. (Ol. 92, 2 = 411/10 a. Chr. n.), postrema (eaque de aetate, qua symmoriae nondum institutae sunt) mentio fit Dem. XXI, 161 (Ol. 105, 3 = 358/7 a. Chr. n.)[8]). Sed tunc quoque temporis, si quis tantas possidebat opes, quibus ipse sumptus unius triremis toleraret, hic solus trierarchia fungebatur[9]).

Quid aetate, de qua agitur, rei publicae fuerit parare quidque trierarchi, facili negotio ita diiudicari licet, ut semper publice et naves ipsas aedificatas et stipendium [ϲιτηρέϲιον ac μιϲθὸν]

---

[1]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Athen. I, 699 *d*.

[2]) l. c. p. 100.

[3]) Cf. etiam, quae Westermannus scripsit Encycl. Paul. vol. VI, 2, 2133—35; Wachsmuth. Antiquit. II, 96—98; Schoemann. I, 488—491.

[4]) Naucrarias ante Solonem fuisse nuperrime negarunt Steinius [ad Herod. V, 71 vol. III[3] p. 78 sq.] et Gilbertus [ann. phil. CXI p. 9 sqq.].

[5]) Phot. 288, 18 sqq.

[6]) Poll. VIII, 108: ναυκραρία δ' ἦν τέωϲ φυλῆϲ δωδέκατον μέροϲ καὶ ναύκραροι ἦϲαν δώδεκα, τέτταρεϲ κατὰ τριττὺν ἑκάϲτην. τὰϲ δ' εἰϲφορὰϲ τὰϲ κατὰ δήμουϲ διεχειροτόνουν οὗτοι, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀναλώματα. ναυκραρία δ' ἑκάϲτη δύο ἱππέαϲ παρεῖχε καὶ ναῦν μίαν, ἀφ' ἧϲ ἴϲωϲ ὠνόμαϲτο; Bekker. Anecd. 283, 20: ναύκραροι οἱ τὰϲ ναῦϲ παραϲκευάζοντεϲ καὶ τριηραρχοῦντεϲ, καὶ τῷ πολεμάρχῳ ὑποτεταγμένοι. Boeckh. l. c. I, 358; 708 sq.; Hermann. l. c. I, 98, 3; 162, 5,

[7]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Athen. I, 709 sq.; Hermann. Antiquit. I, 171, 8.

[8]) Ad hanc aetatem referendi sunt loci, qui exstant C. I. A. I, 77, 188 (Suppl. I, 1 p. 35).

[9]) Isaei V, 36: ἀλλὰ μὴν — οὔτ' αὐτὸϲ ἐτριηράρχηϲεν, οὔθ' ἑτέρῳ ϲυμβέβληκεν ἐν τοιούτοιϲ καιροῖϲ; cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 711; cf. p. 71.

remigibus [ναύταις] ac ministris [ὑπηρέταις] solutum esse contendamus [1]). Primum enim naves civitatis fuisse Boeckhius Oec. civ. Athen. I, 712 sq. optime demonstravit et titulo aperte ostenditur, qui est in Boeckhii Inscript. nautic. I *a* et *b*. Tum in expeditione Siciliensi [Ol. 91, 2] a re publica ut nautae ita ministri etiam mercedem acceperunt [2]), et quocumque loco trierarchos privato sumptu stipendium illis dedisse proditur, eosdem quam maxime invenimus hoc munere gloriantes, ut non lege obstrictos, sed sua sponte eos subisse hoc onus perspicuum fiat: Dem. L, 7: ἐγὼ δ' ἐπειδή μοι οὐκ ἦλθον οἱ ναῦται οἱ καταλεγέντες ὑπὸ τῶν δημοτῶν (cf. §. 6)

[1]) A nautis, qua voce remiges praecipue appellabantur, discernas oportet ministros, qui ὑπηρέται ab Atheniensibus nominati disserte compluribus scriptorum locis illis ac militibus (ἐπιβάταις) opponuntur velut Dem. L, 10: ἀναγνώσεται — τοὺς μισθούς, οὓς ταῖς ὑπηρεσίαις καὶ τοῖς ἐπιβάταις κατὰ μῆνα ἐδίδουν — καὶ τοὺς ναύτας μισθωθέντας; 25: καθ' ἕκαστον αὐτῷ διεξιών τούς τε μισθοὺς τοὺς τῇ ὑπηρεσίᾳ καὶ τοῖς ἐπιβάταις κατὰ μῆνα διδομένους τοῖς τε ναύταις, οὓς αὐτὸς ἐκ τῆς Λαμψάκου ἐμισθώσατο, καὶ τοῖς ὕστερον ἐπεμβᾶσιν ἀντὶ τῶν ἀπολιπόντων; 30; 32; 36; LI, 5: πρὶν γὰρ ἧφθαι μόνον τῆς τριήρους τούτους ἐπεπλήρωτό μοι καὶ πάντες ἑωρᾶθ' ὑμεῖς ἀναπειρωμένην τὴν ναῦν· ἔτι τοίνυν ὑπηρεσίαν τὴν κρατίστην ἔλαβον, πολλῷ πλεῖστον ἀργύριον δούς; Thucydid. I, 143, 1: εἴ τι καὶ νικήσαντες τοῖς Ὀλυμπίασιν ἢ Δελφοῖς χρημάτων μισθῷ ἐπειρῷντο ἡμῶν ὑπολαβεῖν τοὺς ξένους τῶν ναυτῶν, μὴ ὄντων μὲν ὑμῶν ἀντιπάλων ἐσβάντων, αὐτῶν τε καὶ τῶν μετοίκων δεινὸν ἂν ἦν· νῦν δὲ τόδε ὑπάρχει, καὶ ὅπερ κράτιστον, κυβερνήτας ἔχομεν πολίτας καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν πλείους καὶ ἀμείνους ἢ πᾶσα ἡ Ἑλλάς, quo loco gubernatores quoque in ministrorum numero fuisse declaratur; similem in modum comparatus est locus, qui, ad idem tempus pertinens, exstat Lys. XXI, 10: εἶχον γὰρ χρήμασι πείσας κυβερνήτην Φαντίαν ἅπαντα τὸν χρόνον, ὃς ἐδόκει τῶν Ἑλλήνων ἄριστος εἶναι, παρεσκευασάμην δὲ καὶ τὸ πλήρωμα πρὸς ἐκεῖνον καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν ἀκόλουθον, ubi, si exempla, quae modo adlata sunt, consideramus ac praecipue quidem Dem. LI, 5, nescio an melius simus iudicaturi, cum vocem ἄλλην verbo ὑπηρεσίαν a scriptore appositam esse statuamus respecto vocabulo »κυβερνήτην«, quam si ad »πλήρωμα« hanc vocem spectare putemus. Rem, etsi a Boeckhio iam animadversam (cf. Oecon. civ. Ath. I, 388. 382. 386), primus, quod sciam, Kirchhoffius ad accuratius definiendum, quid trierarchi fuisset praestare, adhibuit (cf. Comment. academ. Berol. 1865 p. 81).

[2]) Thucyd. VI, 31, 3: τὸ μὲν ναυτικὸν μεγάλαις δαπάναις τῶν τε τριηράρχων καὶ τῆς πόλεως ἐκπονηθέν, τοῦ μὲν δημοσίου δραχμὴν τῆς ἡμέρας τῷ ναύτῃ ἑκάστῳ διδόντος καὶ ναῦς παρασχόντος κενὰς ἑξήκοντα μὲν ταχείας, τεσσαράκοντα δὲ ὁπλιταγωγούς, καὶ ὑπηρεσίας ταύταις τὰς κρατίστας, τῶν [δὲ] τριηράρχων ἐπιφοράς τε πρὸς τῷ ἐκ δημοσίου μισθῷ διδόντων τοῖς θρανίταις τῶν ναυτῶν καὶ ταῖς ὑπηρεσίαις καὶ τἆλλα σημείοις καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένων.

ἀλλ' ἢ ὀλίγοι καὶ οὗτοι ἀδύνατοι, τούτους μὲν ἀφῆκα, ὑποθεὶς δὲ τὴν οὐσίαν τὴν ἐμαυτοῦ καὶ δανειςάμενος ἀργύριον πρῶτος ἐπληρωςάμην τὴν ναῦν μιςθωςάμενος ναύτας ὡς οἷόν τ' ἦν ἀρίςτους, quocum loco conferas §. 12: καὶ — μιςθὸν οὐδένα λαβὼν παρὰ τοῦ στρατηγοῦ ὀκτὼ μηνῶν, κατέπλευςα τοὺς πρέςβεις ἄγων διὰ τὸ ἄριςτά μοι πλεῖν τὴν ναῦν et §. 10 et 11; Isocr. XVIII, 60: πείςας τὸν ἀδελφὸν ςυντριηραρχεῖν, παρ' ἡμῶν αὐτῶν μιςθὸν διδόντες τοῖς ναύταις κακῶς ἐποιοῦμεν τοὺς πολεμίους [1]).

Armamenta vero navium aetate, de qua tractamus, tum a re publica, tum a trierarchis comparabantur eademque vicissitudo erat in nautarum administrorumque conquisitione. Verbis enim, quae Aristophanes Equit. 913 sqq. posuit: ἐγώ cε ποιήςω τριη|ραρχεῖν παλαιὰν ναῦν ἔχοντ', | εἰς ἣν ἀναλῶν οὐκ ἐφέ|ξεις οὐδὲ ναυπηγούμενος | , διαμαχήςομαι θ' ὅπως | ἂν ἱςτίον [2]) ςαπρὸν λάβῃς (Ol. 88, 4 = 425/4 a. Chr. n.), his temporibus civitatem naves nonnullis minimum armamentis, ut velis, exornasse efficitur, cum paulo post in expeditione contra Sicilienses facienda omnia armamenta trierarchis praestanda fuisse, publice autem et nautas et ministros esse conscriptos Thucydidis loco, qui modo adlatus est (VI, 31, 3), doceamur [3]). Neque est, cur praeter consuetudinem trierarchis tunc imperatum esse suspicemur, ut navium arma cuncta compararent; nam, etiamsi

---

1) Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 712 sq.

2) Iure Engerus annal. Gymn. Borussic. 1854 p. 403 sq. Kockii reicit coniecturam, qui, ut Boeckhii opinionem confirmaret l. c. I, 713 statuentis Aristophanis aetate malis minimum naves publice armatos esse, scribi iussit „τὸν ἱςτὸν ἄν“. Nam — ut praeteream alterum Kockii argumentum, quod Mus. Rhen. IX p. 534 hisce verbis protulit: „nam si etiam armamenta navalia publice data essent, quid tandem, quum etiam stipendia classiariis publice persolverentur, trierarchorum curae relictum fuisset“ (cf. p. 62 sq.) — quod idem grammaticus in Aristophanis editione I, vol. II p. 137 de hoc, quem tractamus, loco: „In der Vulgata“ inquit „ist schon der Singular auffallend“: si quidem uno plura vela in unaquaque triremi fuisse his verbis adfirmaturus fuit, Boeckhius iam (Inscr. naut. p. 138) monuit in titulis uno tantum loco excepto [X *c* 47] semper singula commemorari vela; cf. IV *f* 36; 71; *h* 6; 13; V *d* 25; IX *a* 9; *c* 21; X *a* 36; *b* 82; 108; 123; 155; *c* 29; XIII *a* 136; *d* 125; 145; XIV *a* 11; *c* 17; 108; 242; *e* 100; 120; XV—XVI *b* 16; 201; 206; 211; 214; 219; 223; *c* 7; 11; 49; 62; 67; 180; XVII *a* 156; *b* 19; 24; 29; *c* 14; 19; 98. Itaque Kockius ipse in altera editione (II, 139 sq.) scripturam, quae libris tradita est, servavit. Cf. Hermann. l. c. I, 162, 7.

3) Cf. Wolf. l. c. 101; Kirchhoff. l. c. p. 82 n. 34 lectionem „τῶν δὲ τριηράρχων“ rectissime defendit.

Ol. 101, 4, cui anno Boeckhius titulum I a adscripsit (Inscr. nautic. p. 20 sq.), ea publice sunt confecta, Demosthenes officia, quae ipse observare debuit, cum induta toga virili statim una cum altero quodam hoc munere fungeretur[1]), cum iis componens, quae Midiae fuerunt exsequenda, qui trierarchus nominatus est symmoriis iam institutis, omnibus armamentis triremem sibi instruendam fuisse aperte exponit hisce verbis [XXI, 154 sq.]: „κἀγὼ μὲν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι καὶ τἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων καὶ τὰς ναῦς ἐπληρούμεθ' αὐτοί; οὗτος δὲ — τηνικαῦτα τοῦ πράγματος ἧπται, ὅτε πρῶτον μὲν διακοσίους καὶ χιλίους πεποιήκατε συντελεῖς ὑμεῖς, παρ' ὧν εἰσπραττόμενοι τάλαντον ταλάντου μισθοῦσι τὰς τριηραρχίας οὗτοι, εἶτα πληρώματα ἡ πόλις παρέχει καὶ σκεύη δίδωσιν“. Minime autem voces „τἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων καὶ τὰς ναῦς ἐκπληρούμεθ' αὐτοί“ ita intellegendas esse, ut trierarchos ea aetate ipsum stipendium nautis ministrisque praebuisse putemus[2]), optimo iure Boeckhius[3]) contendit monens, si id in usu fuisset, non potuisse fieri, ut Demosthenes tam exiguam summam, viginti minas[4]), socio penderet itaque totius trierarchiae impensa quadraginta solum minis aestimaretur; immo verba „τἀναλώματα — ἐκ τῶν ἰδίων“ spectant ad voces „τηνικαῦτα τοῦ πράγματος ἧπται, ὅτε πρῶτον μὲν διακοσίους καὶ χιλίους πεποιήκατε συντελεῖς ὑμεῖς, παρ' ὧν εἰσπραττόμενοι τάλαντον ταλάντου μισθοῦσι τὰς τριηραρχίας οὗτοι“ (cf. Isaei VII, 38: τριηραρχῶν τὸν πάντα χρόνον διετέλεσεν, οὐκ ἐκ συμμορίας τὴν ναῦν ποιησάμενος, ὥσπερ οἱ νῦν, ἀλλ' ἐκ τῶν αὑτοῦ δαπανῶν, οὐδὲ δεύτερος αὐτὸς ὤν), ac verbis „τὰς ναῦς ἐπληρούμεθ' αὐτοί“ id unum indicatur, tempore, de quo orator locutus est, trierarchis ipsis remiges colligendos fuisse[5]),

---

[1]) Ad hanc Demosthenis trierarchiam titulum pertinere, qui exstat Ἀρχαιολογ. Ἐφημερίδ. 1859 tit. 3662, ac syntrierarchi nomen Philippidem fuisse (cf. vs. 26) demonstrare conatur Blaschkius „de antidosi apud Athenienses“ Berol. 1876 p. 33 sq.; sed nequire certi quicquam de hac re statui equidem arbitror (cf. p. 78 n. 1).

[2]) Cf. Schol. Dem. 564, 21: ὅτε μὲν ἡ πόλις τὴν κατασκευὴν καὶ τοὺς ναύτας καὶ μόνον διὰ τὴν ναῦν ἐτριηράρχει, ὅτε δὲ σύμπαντα οἴκοθεν οἱ τριρήραρχοι παρεῖχον; cf. Wolf l. c. 116.

[3]) l. c. I, 713 sqq.

[4]) Dem. XXI, 80.

[5]) Eodem modo, quem supra indicavi, Xenophontis verba interpremur necesse est, quae de re publ. Athen. I, 13 posita sunt.

quos civitas alebat: voces enim »πληροῦσθαι« et »πληρώματα« de remigibus unis dictas esse ex hisce suspicor locis: Dem. L, 7: πρῶτος ἐπληρωσάμην τὴν ναῦν, μισθωσάμενος ναύτας ὡς οἷόν τ' ἦν ἀρίστους· — ἔτι δὲ σκεύεσιν ἰδίοις τὴν ναῦν ἅπασαν κατεσκεύασα — ὑπηρεσίαν τοίνυν ἣν ἐδυνάμην κρατίστην ἐμισθωσάμην; 35: »τίς ἂν οὖν δύναιτ'« ἔφη »τὴν σὴν μανίαν καὶ πολυτέλειαν ὑπομεῖναι, διεφθαρμένον μὲν πλήρωμα καὶ εἰωθὸς ἀργύριον πολὺ προλαμβάνειν — τρυφῶντας δ' ἐπιβάτας καὶ ὑπηρεσίαν ὑπὸ μισθοῦ πολλοῦ καὶ ἐντελοῦς«; LI, 5: »τὰ σκεύη τοίνυν, ὅσα δεῖ παρέχειν τὴν πόλιν τοῖς τριηράρχοις, ἐγὼ μὲν ἐκ τῶν ἰδίων ἀνήλωσα — καὶ μὴν οὐδ' ἂν ἐκεῖνό γ' ἔχοιεν εἰπεῖν, ὡς ἀνεπειρῶντο ἐμοῦ πρότεροι· πρὶν γὰρ ἧφθαι μόνον τῆς τριήρους τούτους ἐπεπλήρωτό μοι καὶ πάντες ἑωρᾶθ' ὑμεῖς ἀναπειρωμένην τὴν ναῦν. ἔτι τοίνυν ὑπηρεσίαν τὴν κρατίστην ἔλαβον; Lys. XXI, 10: παρεσκευασάμην δὲ καὶ τὸ πλήρωμα πρὸς ἐκεῖνον (scil. τὸν κυβερνήτην) καὶ τὴν ἄλλην ὑπηρεσίαν; itaque ex eo, quod Demosthenes de administris mentionem non facit, et oratori et Midiae eos parandos fuisse conici licet.

Nonnullis annis post a trierarchis conquiri debuerunt administri, nautae atque armamenta a civitate comparata sunt; nam Appollodorus, qui Demosthenis orationem L habebat, ad trierarchiam pertinentem, quae incidit in annos 362—360 a. Chr. n.[1]), cum loco, quem modo protuli (§. 7), in eo gloriaretur, quod ipse nautas coegisset[2]), tum quod suis nec publicis usus esset navium armis[3]), de ministris conquirendis ita fecit verba, ut lege huic muneri eum obligatum esse ac studium solum ad rem conlatum praedicare voluisse pateat.

Easdem leges eo etiam tempore viguisse, ad quod oratio Dem. LI spectat, ex quinta huius orationis sectione consequitur[4]); et cum §. 8 sq. significetur aliquanto ante temporis spatio pugnam ad Peparethum insulam commissam esse idemque proelium in trierarchiae inciderit tempus, quam Apollodorus obierat, recte

---

[1]) Dem. L, 4.

[2]) Cf. etiam §. 23.

[3]) Cf. etiam §. 26; 27; 36; 33; 34; 42; 55; XLVII, 23: ἐν τῷ πρόσθε χρόνῳ [ante annum Ol. 105, 4 = 357/6 a. Chr. n. (cf. Blass. »die Attische Beredsamkeit« III, 1, 485, Boeckh. l. c. I, 716)] πολλὰς τριηραρχίας τετριηραρχηκὼς ὑμῖν οὐδεπώποτε ἔλαβον σκεύη ἐκ τοῦ νεωρίου, ἀλλ' αὐτὸς ἰδίᾳ παρεσκεύαζον, ὁπότε δέοι, ἵνα ὡς ἐλάχιστα πράγματα ἔχοιμι πρὸς τὴν πόλιν.

[4]) Cf. praeterea Dem. XLVII, 22 sq.

contra Boeckhium[1]) haec ab illa trierarchia distingueretur oportere viri docti[2]) his temporibus contenderunt. Neque minus firmo argumento nixus Kirchhoffio[3]) Blassius[4]) opponit ex eo, quod, qui causam dicat, ubicumque de adversariis loquatur, numerum ponat pluralem, minime colligi posse, plures duobus fuisse, qui trierarchia functi sint; nam iure ad orationem XXXVIII delegat, ubi, quamvis de duobus tantum agatur hominibus, de Xenopithe ac Nausimacho, semper numerus pluralis adhibetur[5]). Denique cum ne §. 13—16 quidem, quibus exponit, quae detrimenta ex trierarchiis conlocatis sint profectura, ulla fiat mentio belli socialis, haud sine verisimilitatis specie equidem Blassium[6]) secutus ante hoc bellum orationem habitam esse suspicari licere arbitror.

Cunctis autem aetatis, de qua tractamus, temporibus trierarchi naves in Piraei aggerem transferre atque armamentis sive suo sive publico sumptu comparatis adornare debuerunt[7]) curaeque iis fuit, ut naves picturarum ornatu excolerentur[8]) in meliusque restituerentur[9]), si casu aliquo praeter tempestatem essent adflic-

---

[1]) l. c. I, 716.

[2]) Schaefer. Demosth. und seine Zeit III, 2 p. 155; Lortzing. »de orationibus, quas Demosthenes pro Appollodoro scripsisse fertur« p. 13; Blass. l. c. III, 1, 215.

[3]) l. c. p. 86.

[4]) l. c. 215 n. 4.

[5]) Quod in oratione, de qua disputamus, nomina adversariorum non referuntur, considerandum est eam extremo loco habitam esse. (cf. §. 1 et Schaefer. l. c. III, 2 p. 153; 154; 157).

[6]) l. c. p. 216; Lortzing. l. c. p. 13.

[7]) Dem. LI, 4: ψήφιcμα γὰρ ὑμῶν ποιηcαμένων, ὃc ἂν μὴ πρὸ τῆc ἕνηc καὶ νέαc ἐπὶ χῶμα τὴν ναῦν περιορμίcῃ, δῆcαι καὶ δικαcτηρίῳ παραδοῦναι; L, 6: ἐψηφίcαcθε τάc τε ναῦc καθέλκειν τοὺc τριηράρχουc καὶ παρακομίζειν ἐπὶ τὸ χῶμα; de posteriore aetate cf. Boeckhii Inscript. nautic. XIV *a*, 183 sqq.:

ἐψηφίcθαι τῷ [δήμ]ῳ τοὺc μὲν τῶν νε[ωρί]ων ἐπιμελητὰc πα[ραδο]ῦναι τοῖc τριηρά[ρχοιc τ]ὰc
ναῦc καὶ τὰ cκε[ύη κατὰ τὰ] δεδογμένα τῷ δή[μῳ, το]ὺc δὲ τριηράρχουc [τοὺc καθ]εcτηκόταc πα[ρ]α-
[cκευάζει]ν τὰc ναῦc ἐπὶ τὸ[ν ἔκπλου]ν τῷ Μουν[υ]χιῶνι [μηνὶ π]ρὸ τῆc δεκάτηc [ἱcταμέ]νου καὶ παρέ-
χειν [παρεcκ]ευαcμέναc εἰc [πλοῦν].

[8]) Dem. L, 7: ἔτι δὲ — τὴν ναῦν — κατεcκεύαcα — κόcμῳ ὡc οἷόν τ' ἦν κάλλιcτα καὶ διαπρεπέcτατα τῶν τριηράρχων; 34; Thucyd. VI, 31, 3 (p. 60 n. 2).

[9]) Aristoph. Equit. 913 sq. (cf. p. 61). Id trierarchorum munus fuisse etiam verbis evincitur, quae exstant Dem. L, 36: λέγοντοc δ' αὐτοῦ ταῦτ'

tatae; deinde nautae frequentibus exercitiis ad proelia praeparandi fuerunt[1]).

Cum navium armatus, donec bini tantum trierarchi singulas triremes instruxerunt, tardius plerumque processissent nihilque adiuvisset, quod inde a tempore, quo Demosthenes primum trierarchiam sustinuerat, huius muneris sumptus denuo sunt minuti, sed anno Ol. 105, 3 (= 358/7 a. Chr. n.) cives opulentiores, ut sua sponte illud onus susciperent[2]), evocari necesse fuisset, lege a Periandro anno, ut opinor, 357 rogata[3]) ad trierarchiam quoque ordinandam collegia mille ducentorum hominum instituere[4]) et binos[5]) vel quinos vel senos[6]) vel septenos vel denos senos[7]) sumptibus, qui in singulis navibus opus erant, conferendis obligare visum est[8]).

ἀπεκρινάμην αὐτῷ, ὅτι σκεύη μὲν διὰ τοῦτο οὐ λάβοιμι ἐκ τοῦ νεωρίου, ὅτι cὺ ἀδόκιμα ἐποίηcαc αὐτά; cf. Boeckh. Inscr. naut. p. 197.

1) Dem. LI, 5: καὶ μὴν οὐδ' ἂν ἐκεῖνό γ' ἔχοιεν εἰπεῖν, ὡc ἀνεπειρῶντο ἐμοῦ πρότεροι· πρὶν γὰρ ἧφθαι μόνον τῆc τριήρουc τούτουc ἐπεπλήρωτό μοι, καὶ πάντεc ἑωρᾶθ' ὑμεῖc ἀναπειρωμένην τὴν ναῦν.

2) Dem. XXI, 161: ἐγένοντο εἰc Εὔβοιαν ἐπιδόcειc παρ' ὑμῖν πρῶται· τούτων οὐκ ἦν Μειδίαc, ἀλλ' ἐγώ, καὶ cυντριήραρχοc ἦν μοι Φιλῖνοc ὁ Νικοcτράτου.

3) Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I p. 721 sq.

4) Dem. XLVII, 21: ὁ δὲ νόμοc ὁ τοῦ Περιάνδρου ἠνάγκαζε καὶ προcέταττε παραλαβεῖν τοὺc ὀφείλονταc τὰ cκεύη, καθ' ὃν αἱ cυμμορίαι cυνετάχθηcαν; XXI, 155 [cf. p. 62].

5) Dem. XLVII, 78: ὡc δὲ ἐτριηράρχουν, ὁ cυντριήραρχόc μοι μεμαρτύρηκε; 22: ἔτυχον δὲ ἐγὼ μὲν τριηραρχῶν καὶ ἐπιμελητὴc ἡμῶν τῆc cυμμορίαc. —'Priore loco non, ut alibi fortasse, eum, qui causam dixit, eiusque syntrierarchum suo et aliorum collegarum nomine trierarchiae munus sustinuisse statuere possumus; nam si pluribus haec triremis fuisset ornanda, is, qui orationem habuit, ut re vera ipsum ad liturgiam illam adstrictum esse demonstraret, etiam collegarum testimonio esset usus. Observes enim, qua diligentia idem testes conquisiverit, per quorum operam legibus ostenderet se coactum esse, ut armamenta a Theophemo exigeret [§. 23 sq.: τότε δὲ κατὰ τὰ ψηφίcματα καὶ τὸν νόμον ἠναγκαζόμην παραλαμβάνειν (scil. cκεύη). ὡc δὲ ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, τούτων ὑμῖν μάρτυραc παρέξομαι τό τε ψήφιcμα καὶ τὸν νόμον, ἔπειτα τὴν ἀρχὴν αὐτὴν τὴν παραδοῦcαν καὶ εἰcαγαγοῦcαν εἰc τὸ δικαcτήριον, εἶτα τοὺc ἐκ cυμμορίαc, ἧc ἦν ἐπιμελητὴc καὶ τριήραρχοc; cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 721.

6) Harpocr. s. v. cυμμορία (cf. p. 67 sq.).

7) Dem. XVIII, 104: ἦν γὰρ αὐτοῖc ἐκ μὲν τῶν προτέρων νόμων cυνεκκαίδεκα λειτουργεῖν, — ἐκ δὲ τοῦ ἐμοῦ νόμου — δυοῖν ἐφάνη τριήραρχοc ὁ τῆc μιᾶc ἕκτοc καὶ δέκατοc πρότερον cυντελήc.

8) Nolis praeterire, si trierarchiae quidem munus respicias, minime fieri potuisse, ut totidem, centenos vicenos, — quod Ulpianus (ad Dem. II, 29)

De septenis unius navis trierarchis confer tituli, quem Boeckhius edidit Inscr. nautic. p. 365 sqq. X *e*, vs. 50 sq.:

εἶχον δὲ ἑπτὰ ὄ[ν]τες ἐπὶ τὴν ναῦν καὶ c[κεύ]η τάδε·
ὑποζώμα[τα].

Ex eo autem, quod, quamvis in versibus antecedentibus sex tantum trierarchi enumerentur:

ἐπὶ τὴν Ἀγλαΐαν, Ἐπιγένους ἔργον·
Ἐπικράτης Παλληνε.
Λυσικλῆς Ἁγούσι.
Χαρίδημος Ἐροιά[δ].
Τιμοκράτης Ἰκαριε.
ΗΗΗΔΔΔΓΗΗΗΙΙ
Κωμιάδης Ἀχαρνε. οὐδὲν ἀποδέδωκε.
Καλλικράτης Ἁλαι. οὐδὲν ἀποδέδωκεν,

septem tamen disserte declaratur hanc triremem eiusque armamenta a magistratu accepisse, non, ut Boeckhio visum est (p. 187), aliis quoque huius tituli locis unius vel plurium trierarchorum nomina omissa esse suspicari licet, ut ex numeris nominum, quae in hac inscriptione tradita sunt, id unum certo colligi possit, quot minimum homines tunc temporis coniunctim pecunias pensitarint. Immo vero, si quidem nullo alio loco ipse trierarchorum numerus proditur [cf. *e* vs. 36 sqq.; 61 sqq.; 78 sqq.; 92 sqq.; 105 sqq.; 118 sqq.; 135 sqq.; 153 sqq.; 165 sqq.; 173 sqq.; *f* 20 sqq.; 30 sqq.; 45 sqq.], et ubique accurate notatum est, qui trierarchi nomina nondum expedierint, [cf. *e* vs. 28 sqq.

Ἱερωνύμου Λαμπτρέ. κληρονόμος Φιλοκράτης Λαμ. κα[ὶ] Νικόφημος ἐκ Κερα[μέ.] οὐδὲν ἀποδεδώκ[ασι]
Εὐδύδημος Ἐρχι. Γ
Διοκλῆς Πειραιεὺ[c] οὐδὲν ἀποδέδωκε; 45 sqq.; 144; 164; 172; *f* 13 sq.], et in priore inscriptionis parte, quae alia ratione quam

---

narrat — unaquaeque tribus designaret, qui in collegia conscriberentur; tribulibus enim, cum alterum eundemque ipsis ditiorem liturgiae, quam ut subirent eorum nomina delata erant, sui loco obligari vellent, non inter se tantum actionem instituere licuit de permutanda re familiari [ἀντίδοσι], velut Thrasylochus, Midiae frater, ex Anagyrunte, Erechtheidis tribus pago, oriundus [Dem. XXVIII, 17; L, 52] hac lege egit in Demosthenem [XXI, 78; XXVIII, 17] a Paeania ortum, tribus Pandionidis pago. Contra si e singulis tribubus totidem Athenienses destinassent, quibus trierarchiae munus iniungeretur, itaque iis non fuisset curae, ut re vera ditissimi omnium civium, sed ut singularum tribuum opulentissimi liturgiam susciperent, profecto tribules inter se solum illam actionem intendere potuisse esset consentaneum.

altera composita est, quocumque loco singulos syntrierarchos debitum persolvisse indicandum fuit, non solum collegae eorum commemorantur, sed etiam excepto uno loco (*b* 130

Θεογείτων Ἀφιδναῖ., ὧν ἔλαβεν μετὰ Ὀνομακλέους Ἑκαλῆ. ἐπὶ τὴν Πανδώραν, Ξενοκλέους ἔργον, κεραίας μεγάλας·
οὗτος ἀπέδωκεν ΔΔⱵⱵⱵ.)

partem tantum summae ab illis esse solutam claris verbis significatur [cf. *b* 40 sqq.

Ἀντίδωρος Φαληρε., ὧν ἔλαβεν μετὰ Ἀντιφῶντος [Σ]υπα[λ]η. ἐπὶ τὴν Ἐπιτηδῶςαν ταῤῥόν, κλιμακίδας, παραστάτας, ἱστὸν μέγαν, τοπεῖα·
τούτων τὰ ἡμίσεια οὗτος ἀποδέδωκεν ΓᴴΗΓΙΙΙ;

b 35; 70; 88 sq.; 140 sqq.; 166 sqq.; *c* 55 sqq.; 91 sqq.:

[Ἀν]τ[ι]φάνης Θοραιεύ., ὧν ἔλαβεν μετὰ Στ[ράτω]νος [Ἐρ]ο[ι]ά[δ]ου καὶ [Ἱέρω]νος K]ητ[τ]ί. ἐπὶ τὴν .. κατοῦς[αν], ταῤῥοῦ, πη-[δαλίων], κλιμακίδων, [κοντ]ῶν, κεραιῶν [με]γάλων.
τούτων [τὸ] τρίτ[ο]ν μέρ[ο]ς [ὑπὲρ τούτου] ἀπέδωκεν [Λεπτίνου] ἐκ Κοίλης [κληρονό]. Ὀνομα[κλῆς Ἑκαλῆ.]
.Δ . . . .; 106 sqq.],

propius ad verum nos accessuros esse equidem arbitror statuentes loco, quem tractamus, septem munere trierarchiae functos esse industria atque idcirco tantum declarari, ut unum huius collegii pridem iam nomen exsolvisse pateat. Omnibus igitur aliis locis, quibus id non est additum, integer exstat eorum numerus, qui in partem venerunt muneris impensae, itaque et Hyperidis testimonium fulcitur, quippe cum de quinque [cf. *e* 98 sqq., *f* 24 sqq.] et de sex collegis [cf. *e* 55 sqq.; 85 sqq.; 108 sqq.; 125 sqq.; 147 sqq.; *f* 6 sqq.] mentio fiat, et septem quoque [cf. praeter locum, de quo agitur, *f* 35 sqq.] (et octo(?) [cf. *e* 65 sqq.]) et tres [cf. *c* 90 sqq., 106 sqq.], communiter trierarchiam subisse accepimus; num autem ii, qui uni liturgiam praestitisse in hoc titulo traduntur [cf. *e* 161 sqq., 170 sqq. aliosque locos], symmoriarum aetati adscribendi sint necne, iam non potest disceptari.

Nequaquam vero huc pertinent quindecim illi, quos in unaquaque symmoria fuisse Harpocratio narrat Hyperide auctore usus; primum enim grammaticus ipse loco, quo de collegiis exponit, non discernit instituta, quae ad trierarchiam spectant, ab iis, quae tributi causa sunt facta, quod ut manifestum fiat, plena fere eius verba hic ponam: Συμμορίαι· Δημοσθένης κατ' Ἀφόβου α'. οὐχ ἅπαν τὸ πλῆθος, ὥςπερ παρ' ἡμῖν, διῄρηται εἰς τὰς συμμορίας

'Αθήνησιν, ἀλλὰ μόνοι οἱ πλούσιοι καὶ εἰσφέρειν δυνάμενοι. ὁ γοῦν Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν συμμοριῶν φησι περὶ τῶν χιλίων καὶ διακοσίων ἀνδρῶν λέγων τῶν πλουσιωτάτων· ἐκ τούτων etc. Ὑπερείδης δ' ἐν τῷ πρὸς Πολύευκτόν φησιν· „εἰσὶ γὰρ ἐν τῇ συμμορίᾳ ἑκάστῃ ιε' ἄνδρες“· οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν, πῶς ὁ μὲν Δημοσθένης φησὶν ξ' ἄνδρες ἔχειν τὴν συμμορίαν, ὁ δὲ Ὑπερείδης ιε'. ἐν γὰρ τῷ κατὰ Πασικλέους λέγει τὴν αἰτίαν γράφων ταυτί· „ἕως μὲν οἱ πλουσιώτατοι παρακρουόμενοι τὴν πόλιν σύμπεντε καὶ σύνεξ τριηραρχοῦντες μέτρια ἀνήλισκον, ἡσυχίαν ἦγον οὗτοι· ἐπειδὴ δὲ ταῦτα κατιδὼν Δημοσθένης νόμον ἔθηκε τοὺς τ' τριηραρχεῖν καὶ βαρεῖαι γεγόνασιν αἱ τριηραρχίαι, νῦν ὁ Φορμίων αὐτὸν ἐκκλέπτει“· ὅτι δὲ καὶ οἱ δημοποίητοι ἐνεγράφοντο εἰς τὰς συμμορίας, δεδήλωκεν ὁ Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου πολλάκις[1]) — διῃρέθησαν δὲ πρῶτον Ἀθηναῖοι κατὰ συμμορίας ἐπὶ Ναυσινίκου ἄρχοντος, ὡς Φιλόχορος ἐν τῇ ε' Ἀτθίδος“.

Qua de causa, quamvis priorem illum Hyperidis locum Harpocratio componat cum altero eiusdem oratoris, quo de trierarchia una est locutus, ipso hoc loco grammaticum res confudisse ac perturbasse conici licet. Sed etiamsi ad trierarchiae munus sententiam illam referendam esse opineris, nihil tamen proficias; nam, quod Boeckhium effugit neglegentem vocis συμμορίας ac συντελείας notionem, hoc posito atque concesso ex quindecim illis, de quibus agimus, nomine συμμορίας notatis, ut ex sexaginta, qui in unaquaque symmoria proprie dicta erant conscripti, ii vicissim destinati sunt, quibus re vera munus subeundum esset, eorumque ut illorum sexaginta alii alio tempore trierarchiae immunes fuerunt[2]): quini

[1]) In hac oratione de tributo praecipue actum esse ex eo veri simile redditur, quod alterius Harpocrationis loci, ad eandem orationem spectantis, verba magis ad hoc munus quadrant quam ad trierarchiam [(90, 15) διάγραμμα τὸ ταττόμενον ἐν ταῖς συμμορίαις, ὁπόσον ἕκαστον ἄνδρα εἰσφέρειν δεῖ. ἐτάττετο δὲ οὐ τὸ αὐτὸ πᾶσιν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τίμησιν τῆς οὐσίας. περὶ δὲ τούτων σαφέστατα δεδήλωκεν Ὑπ. ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου περὶ διαγράμματος. διαγραφεὺς μέντοι ἐστὶν ὁ καθιστάμενος ἐν ταῖς συμμορίαις ἐπὶ τῷ διακρῖναι, πόσον ἕκαστος ἀνὴρ εἰσενεγκεῖν ὀφείλει, ὡς ὁ αὐτὸς πάλιν φανερὸν ποιεῖ ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου —].

[2]) Praeter eos homines, de quibus Demosthenes XIV, 16 loquitur, aliosque, qui e lege immunitate subinde fruebantur (cf. Part. II *A*, Cap. I, §. 2), ne ceteros quidem omnes, qui in collegiis erant, unoquoque tempore trierarchiae obligatos esse Demosthenes testatur IV, 36: ὅτι ἐκεῖνα μὲν ἅπαντα νόμῳ τέτακται, καὶ πρόοιδεν ἕκαστος ὑμῶν ἐκ πολλοῦ, τίς χορηγὸς ἢ γυμνασίαρχος τῆς φυλῆς, πότε καὶ παρὰ τοῦ καὶ τί λαβόντα

vero et seni, quos Hyperides altero loco commemorat, et deni seni, de quibus Demosthenes mentionem facit (συντέλειαι) [1]), ipsi sustinuerunt impendia in singulis triremibus necessaria.

Atque ob hanc ipsam rem offensioni esse nequit, quod sedecim illorum (συντελῶν) numerus non efficitur numero sexagenorum, ex quibus unaquaeque viginti symmoriarum[2]) constabat, aequabiliter in partes diviso, simulque ostenditur reiciendam esse opinionem Boeckhii, per se non probabilem, qui Oec. civ. Ath. I, p. 725 de eadem re hocce modo disseruit: „Da diese Zahl (scil. 16) in die Verfassung der zwanzig Symmorien zu sechzig Köpfen nicht passt, muss man entweder eine gänzliche Veränderung der inneren Eintheilung der zwölfhundert Theilnehmer annehmen, welche nicht wahrscheinlich ist, oder eine Vermehrung der Anzahl auf 1280, oder irgend eine andere Auskunft treffen. Sollte man nicht, da wir nur einen Theil des Gesetzes haben, annehmen dürfen, es seien noch wesentliche Zusätze dabei gewesen, welche den Sinn erst aufklärten? Sollten nicht etwa die Syntelien zwar nur fünfzehn Mann stark gewesen sein, wie sie nach Hyperides waren, wenngleich sie bei Letzterem Symmorien heissen, aber zu diesen fünfzehn aus einer andern Syntelie absichtlich als Theilnehmer hinzugefügt worden sein, um unrechtliches Verfahren der 15 verbundenen Genossen zu verhüten und ihnen gleichsam zum Gegenschreiber zu dienen?“ [3])

Et altera etiam exstat Boeckhii sententia, quam corrigendam esse equidem puto; quae enim Hyperides ac Demosthenes de numero eorum narrant, quibus singulae naves sunt traditae, ita explicat, ut, quo plures triremes opus fuerint, eo pauciores opinetur in munus adstrictos esse ad singulas naves pertinens, atque alio tempore in unoquoque collegio, qua voce hoc quidem loco συντέλειαν

τί δεῖ ποιεῖν, οὐδὲν ἀνεξέταστον οὐδ' ἀόριστον ἐν τούτοις ἠμέληται, ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ πολέμου καὶ τῇ τούτου παρασκευῇ ἄτακτα, ἀδιόρθωτα, ἀόριστα ἅπαντα. τοιγαροῦν ἅμα ἀκηκόαμέν τι καὶ τριηράρχους καθίσταμεν καὶ τούτοις ἀντιδόσεις ποιούμεθα.

[1]) Dem. XVIII, 104: καὶ δυοῖν ἐφάνη τριήραρχος ὁ τῆς μιᾶς ἕκτος καὶ δέκατος πρότερον συντελής· οὐδὲ γὰρ τριηράρχους ἔτι ὠνόμαζον ἑαυτούς, ἀλλὰ συντελεῖς; XXI, 155: διακοσίους καὶ χιλίους πεποιήκατε συντελεῖς ὑμεῖς, παρ' ὧν εἰσπραττόμενοι τάλαντον ταλάντου μισθοῦσι τὰς τριηραρχίας οὗτοι.

[2]) Dem. XIV, 17: ἐκ τοίνυν τούτων οἶμαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσιν, ὥσπερ νῦν εἰσιν, ἑξήκοντα σώματ' ἔχουσαν ἑκάστην.

[3]) Cf. Inscr. Nautic. 180 sq.

significo, quinos, alio senos, alio denos senos fuisse adfirmet [1]). Cui opinioni complures res obstare existimo: primum enim hac aetate bini etiam coniunctim trierarchiam subisse traduntur minimeque intellegeremus, cur Athenienses collegia constituissent, si nihilo minus postea quoque nonnunquam sanxissent, ut uniuscuiusque navis bini tantum essent trierarchi; tum, si lege Athenienses iussissent, ut quini, vel seni, vel seni deni tantum, cum certo quodam exiguoque navium numero esset opus, trierarchiae impensas tolerarent, Hyperidis verba: „ἕως μὲν οἱ πλουσιώτατοι παρακρουόμενοι τὴν πόλιν σύμπεντε καὶ σύνεξ τριηραρχοῦντες μέτρια ἀνήλισκον, ἡσυχίαν ἦγον οὗτοι“ ac verba Demosthenis [XVIII, 104]: „ἦν γὰρ αὐτοῖς ἐκ μὲν τῶν προτέρων νόμων συνεκκαίδεκα λειτουργεῖν, αὐτοῖς μὲν μικρὰ καὶ οὐδὲν ἀναλίσκουσι, τοὺς δ' ἀπόρους τῶν πολιτῶν ἐπιτρίβουσιν, ἐκ δὲ τοῦ ἐμοῦ νόμου τὸ γιγνόμενον κατὰ τὴν οὐσίαν ἕκαστον τιθέναι, καὶ δυοῖν ἐφάνη τριήραρχος ὁ τῆς μιᾶς ἕκτος καὶ δέκατος πρότερον συντελής“ prorsus non haberent, quo explicarentur [2]). Accedit, quod, si deni seni tantum singulas naves subinde

[1]) Cf. Inscr. naut. p. 181 et Oecon. civ. Athen. I, 723.

[2]) Hyperidis enim verba interpretanda esse: „quoad ditissimi civitatem dolo capientes quini vel seni trierarchiam subierunt itaque modicas tantum pecunias conlocarunt in liturgia, placide id tulerunt“, et Demosthenis verbis vim inesse: „ex priorum legum ratione fieri potuit, ut deni seni trierarchiam praestarent, cum ipsi paucas nullasve pecunias conferrent, iniuste vero vexarent homines fortuna minus bene ornatos“ ex hac consequitur deliberatione. Demosthenes exponens, quae sua ipsius lege probata evenerint, et, quantas iniurias antea ditissimi intulerint collegis, sententia: „καὶ δυοῖν ἐφάνη τριήραρχος ὁ τῆς μιᾶς ἕκτος καὶ δέκατος πρότερον συντελής“ summam, quam trecenti fecerint, iniuriam fuisse, cum deni seni trierarchiam susceperint, aperte declarat; contra si dicere voluisset etiam tum ne decimam quidem sextam partem impensarum eos contulisse, certe vocula quadam adiecta [e. gr. ὁ τῆς μιᾶς οὐδὲ ἕκτος καὶ δέκατος πρότερον συντελής] id indicasset ac prius enuntiatum in hunc potius modum conformavisset: „ἦν γὰρ αὐτοῖς ἐκ μὲν τῶν προτέρων νόμων συνεκκαίδεκα λειτουργοῦσι αὐτοῖς μὲν μικρὰ καὶ οὐδὲν ἀναλίσκειν, τοὺς δ' ἀπόρους τῶν πολιτῶν ἐπιτρίβειν“. Atque etiam Hyperidis verba ita sunt comparata, ut recte me de iis iudicasse pateat; nam si scriptori in animo fuisset significare „ditissimos, cum quini vel seni liturgia fungerentur, ne quintam quidem vel sextam sumptuum partem sustinuisse“ non, ut equidem statui, „hoc ipso iniuste eos se gessisse, quod quini vel seni trierarchiam praestitissent“, acerbiore vocabulo, quam illo „μέτρια“ eorum iniuriarum perstrinxisset ipsaque verba ita potius disposuisset: „ἕως μὲν οἱ πλουσιώτατοι σύμπεντε καὶ σύνεξ τριηραρχοῦντες παρακρουόμενοι τὴν πόλιν μέτρια ἀνήλισκον, ἡσυχίαν ἦγον οὗτοι“.

tunc temporis debuissent instruere, tum septeni, tum quini, cum alii alio tempore immunitate fruerentur, non potuisset fieri, quin perinique hoc munus civibus iniungeretur[1]). Itaque statuendum est, ut superiore aetate etiam, cum concessum esset, ut bini liturgiam praestarent, singuli pro facultatibus hoc munere functi sunt[2]), ita tempore, de quo agimus, hanc fuisse trierarchorum designandorum rationem, ut mille ducenti in certas quasdam classes distributi essent, quarum in unaquaque, quot coniunctim et aequaliter sumptus liturgiae sustinerent, lege erat definitum.

Sed praeterquam quod, etsi servabatur haec lex, non plane pro sua quisque re familiari ad trierarchiam adstrictus est, cum in his collegiis penes ditiores Athenienses summa esset potestas[3]), factum est, ut hi iniuste se gerentes una cum civibus multo minus locupletibus in easdem classes se conscribendos curarent itaque, quamquam symmoriae institutae erant, ut trierarchiae onus sublevaretur meliusque procederent armatus, civibus minoris census quam gravissima evaderet haec liturgia, opulentiores illi tantum non exsisterent immunes[4]); huc spectant illa Hyperidis ac Demosthenis verba, quae iam protuli, eademque ratione explanare licet: (Dem. XVIII, 102) „ὁρῶν γὰρ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τὸ ναυτικὸν ὑμῶν καταλυόμενον, καὶ τοὺς μὲν πλουσίους ἀτελεῖς ἀπὸ μικρῶν ἀναλωμάτων γιγνομένους[5]), τοὺς δὲ μέτρια ἢ μικρὰ κεκτημένους τῶν πολιτῶν τὰ ὄντα ἀπολλύντας, ἔτι δ' ὑστερίζουσαν ἐκ τούτων τὴν πόλιν τῶν καιρῶν, ἔθηκα νόμον, καθ' ὃν τοὺς μὲν τὰ δίκαια ποιεῖν ἠνάγκασα, τοὺς πλουσίους, τοὺς δὲ πένη-

---

[1]) Ne opponas Demosthenem ipsum, cum legem illam priorem de collegiis rogaret, hanc rem effugisse eumque suasisse, ut pro necessitate numerus trierarchorum definiretur, qui sumptus tolerarent in singulis navibus (cf. XIV, §. 20 [p. 72]), oratorem tunc quidem temporis nondum id egisse, ut lex iam scisceretur, quae in universum tempus valeret, sed uni armatui consuluisse in Persarum regem faciendo noli neglegere; cf. §. 14: τὴν μέντοι παρασκευήν, ὅπως ὡς ἄριστα καὶ τάχιστα γενήσεται, πάνυ πολλὰ πράγματα ἔσχον σκοπῶν. οἶμαι δὴ δεῖν ἀκούσαντας ὑμᾶς αὐτήν, ἂν ἀρέσκῃ, ψηφίζεσθαι; 23: ἐὰν γὰρ ταῦθ' οὕτως εἰς ὁδὸν καταστῇ, εἴ τι καὶ παραλείπομεν νῦν (πάντα γὰρ ἴσως εὑρεῖν οὐ ῥᾴδιον), αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἑαυτῷ εὑρήσει, καὶ μία σύνταξις καὶ πασῶν τῶν νεῶν καὶ μέρους ἔσται.

[2]) Cf. p. 59 n. 9.

[3]) Cf. Dem. XVIII, 103: καίτοι πόσα χρήματα τοὺς ἡγεμόνας τῶν συμμοριῶν ἢ τοὺς δευτέρους καὶ τρίτους οἴεσθέ μοι διδόναι, ὥστε μάλιστα — μὴ θεῖναι τὸν νόμον τοῦτον.

[4]) Cf. Curtii Hist. Graec. III[4], 689.

[5]) De huius loci interpretatione cf. Westermanni edit. II[5] p. 62.

Poll. VIII, 100: χίλιοι καὶ διακόσιοι· ἀπὸ τούτων ἦσαν οἱ λειτουργοῦντες· Δημοσθένης δὲ νόμον γράψας ἀντὶ τούτων τριακοσίους τοὺς πλουσιωτάτους ἐποίησεν. Contra si Demosthenes id egisset, ut cuncti, qui tributum conferebant, cives etiam muneri, de quo tractamus, obligarentur, nonne ii quoque, quibus ex institutis prioribus immunitas erat trierarchiae, quam maxime studuissent prohibere, quominus lex illa probaretur? quid, nonne haec ipsa reclamatio illaque muneris commutatio digna iisdem scriptoribus visa esset, de qua claris verbis mentio fieret?[1]

At obiecerit aliquis — quod Boeckhius quidem non statuit[2] — fieri potuisse, ut, priusquam Demosthenes legem rogasset, omnes cives in collegia iam conscriberentur. Sed ne hanc sequaris opinionem, in eo praecipue positum est, quod, cum verbis, quibus Demo-

[1]) Alterum argumentum contra Boeckhii sententiam, si Demosth. orationem ad Phaenippum spectantem anno alicui adscribi debere, qui annum 330 secutus est, profecto certum esset, ex hac ipsa oratione peti liceret, quippe cum duobus locis facultates appellarentur λειτουργοῦςαι (§. 22: cὺ τοίνυν δεῖξον χαλκοῦν ἕνα μόνον εἰς τὴν πόλιν ἀνηλωκώς, ὁ τὰς δύο λειτουργούςας οὐςίας παρειληφώς; 23: ἀνάγνωθι — τὰς μαρτυρίας ὡς δύ' οἴκων λειτουργούντων οὑτοςὶ Φαίνιππος κεκληρονόμηκεν) atque huic dictioni, qua maiores tantum opes significabantur (§. 22: „οἱ δὲ coὶ πατέρες τοςούτων ἦσαν κύριοι χρημάτων, ὥςθ' ἑκατέρου τρίπους ἀνάκειται, νικηςάντων αὐτῶν Διονύςια χορηγούντων. καὶ οὐ φθονῶ· δεῖ γὰρ τοὺς εὐπόρους χρηςίμους αὐτοὺς παρέχειν τοῖς πολίταις“ [cf. XXVII, 64]), tum solum locus fuisset, si non omnes, qui tributum conferebant, liturgiis quoque fungebantur. Sed quamquam Schaeferum (l. c. III, 2 p. 284 sq.) ac Blassium (l. c. III, 1 p. 447) Boehneckium („Forschungen auf d. Gebiete d. attischen Redner“ I, 675) secutos Philostratum, qui et Dem. XXI, 64 et LIX, 22, in oratione, quae inter ann. 343 et 340 habita est, ut vivus commemoratur, eundem esse ac Philostratum, qui orationis, de qua disputamus, §. 21 ῥήτωρ nominatur ac nonnullis annis ante mortuus esse traditur censere cognovi, tamen, cum neque illis locis Philostratum Colonensem oratorem fuisse neque hoc loco legamus, in quo pago Philostratus orator nomen detulerit, grammaticorum sententia non sat firmis mihi quidem videtur niti rationibus, nec maioris momenti est, quod §. 20 et 31 tunc temporis Athenis summam fuisse annonae caritatem accepimus, et ex Dem. XVIII, 89 anno 330 a. Chr. n. annonam cariorem factam esse evincitur; quis enim negat etiam ante ann. 330, ut tempore, in quod Demosthenis Leptinea incidit [cf. §. 33; et praeterea Isocrat. XVII, 57 ("Ἄξιον δὲ καὶ Σατύρου καὶ τοῦ πατρὸς ἐνθυμηθῆναι, οἳ πάντα τὸν χρόνον περὶ πλείστου τῶν Ἑλλήνων ὑμᾶς ποιοῦνται, καὶ πολλάκις ἤδη διὰ σπάνιν σίτου τὰς τῶν ἄλλων ἐμπόρων ναῦς κενὰς ἐκπέμποντες ὑμῖν ἐξαγωγὴν ἔδοσαν)], frumentariam inopiam potuisse Athenis exsistere.

[2]) Oec. civ. Athen. I, 724 et n. *b*.

sthenes utitur declaraturus, quid intersit inter legem, quae priore valuerit aetate, et rationem, quae a se ipso instituta sit (XVIII, 104: „ἦν γὰρ αὐτοῖς ἐκ μὲν τῶν προτέρων νόμων συνεκκαίδεκα λειτουργεῖν, αὐτοῖς μὲν μικρὰ καὶ οὐδὲν ἀναλίσκουσι, τοὺς δ᾽ ἀπόρους τῶν πολιτῶν ἀποτρίβουσι, ἐκ τοῦ ἐμοῦ νόμου — δυοῖν ἐφάνη τριήραρχος ὁ τῆς μιᾶς ἕκτος καὶ δέκατος πρότερον συντελῆς"), maxime senos denos illis temporibus in partem liturgiae impendiorum venisse aperte significaretur, censendum tibi esset aut, quibus facultates erant minimi census, iis per legem munus iniunctum esse maius, quam quod credere posses, aut pecunias maiores, quam ut veri simile existimares, liberas a tributo fuisse. Cum enim inde a tempore, quo sancitum erat, ut coniunctim collegae trierarchiam subirent, sumptus ad unam navem pertinens talento aestimari soleret, decima sexta eius pars 375 drachmae fuerunt, ut, si facultates minimi census, quibus Athenienses in tributum adstringerentur, tum 2500 drachmas fuisse cum Boeckhio putes, cives ultimae classis sextam fere rei familiaris partem, permagnam certe pecuniam, in hoc munere conlocare deberent; sin ex summa illa, quae ad trierarchiam est conlata, minimas computaturus facultates, quibus tunc tributum Athenienses imposuerint, quam plurimas opum centesimas, quattuor, ab hominibus illius classis facias pensitatas esse, 9374 drachmas (i. e. 1 talentum, 33 minas, 74 drachmas) hac aetate immunes fuisse tributi consequatur, ac duplo maiores facultates, si permotus priorum temporum ratione duas tantum centesimas ab iisdem hominibus solutas esse concedas. Duas has opiniones, quarum alteram utram, amplexus illam sententiam, probare debebas, perversas esse sane non est, cur pluribus demonstrem.

Restat, ut commemorem trierarchiae onus atque impendia[1]), de quibus modo disseruimus, aequo plus aucta esse, si aut res publica aut, qui alicui successurus erat, non exsecutus sit sua ipsius officia[2]).

Designare vero trierarchos, qui non bello solum, sed etiam

---

[1]) Cf. Lys. frg. 39: ἀδηφάγους τριήρεις; Suid. II, 2, 1209, 2 sqq., Schol. Aristophan. Equit. 914 sqq.; Lys. XXIX, 4: καίτοι δεινόν, εἰ οἱ μὲν τὰς οὐσίας ἔχοντες ὀλοφυροῦνται τριηραρχοῦντες, οὗτος δὲ οὐδὲν πρότερον κεκτημένος ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ ἐθελοντὴς ὑπέστη ταύτην τὴν λειτουργίαν; Aristoph. Ran. 1065 sq.: οὔκουν ἐθέλει γε τριηραρχεῖν πλουτῶν οὐδεὶς διὰ ταῦτα, | ἀλλὰ ῥακίοις περιιλάμενος κλάει καί φησι πένεσθαι.

[2]) Cf. Dem. L, 7; 10; 12; 15; 20; §§. sqq.; Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 700; Kirchhoff. l. c. p. 82; 83; Curtii Hist. Graec. III, 572 sqq.

trierarchia septem continuis annis suscepta sex talenta consumpserit; tum orationis XXXII ad Ol. 94, 4 (401 a. Chr.) pertinentis §. 26 sq. duos syntrierarchos minas duodequinquaginta contulisse legimus, qua cum re optime concinit, quod Aristophanes Lys. or. XIX, quae in Ol. 98, 1 vel 2 (388 vel 387) incidit, §. 29 et 42, cum tres annos syntrierarchus, ut videtur, esset, octoginta minas dicitur in munere conlocasse, et Demosthenes XXI, 80 coactum, ut in partem veniret syntrierarchiae cuiusdam impensae, viginti minas se impendisse narrat; denique collegiis iam institutis trierarchiae sumptus, qui ad singulas naves spectabant, uno talento aestimabantur[1]).

Num re vera gravis fuerit Atheniensibus trierarchia, tum demum quadam ex parte enucleari poterit, si cognoverimus, quantis facultatibus cives huic muneri sint obligati[2]). Solonis aetate et ea, quae proxime secuta est, ut homines secundae classis praecipue equos rei publicae causa alere debebant, pentacosiomedimnorum in primis fuisse videtur hanc liturgiam obire[3]). Syntrierarchia concessa Demosthenes, cuius res familiaris quindecim talentis censa erat, et Critobulus, qui plus quingentas minas possidebat[4]), munere illo fungi debuisse traduntur[5]); quorum opes, si, qui duo talenta habuerint, omnium liturgiarum eos immunes fuisse (p. 54) consideramus, in minorum certe referantur oportet facultatum numerum, quibus tunc temporis trierarchia potuerit iniungi: cum igitur Demosthenes viginti minas conferret, duas tantum rei familiaris centesimas impendit,

---

[1]) Dem. XXI, 155 (cf. p. 62); Boeck. Oec. civ. Ath. I, 747.

[2]) De sententiis in universum dictis cf. Dem. XX, 28 [cf. p. 22]; X, 37.

[3]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 650.

[4]) Xenoph. Oecon. II, 3: ἐγὼ μὲν οἶμαι, ἔφη ὁ Σωκράτης, εἰ ἀγαθοῦ ὠνητοῦ ἐπιτύχοιμι, εὑρεῖν ἄν μοι τὴν οἰκίαν καὶ τὰ ἐνόντα πάντα πάνυ ῥᾳδίως πέντε μνᾶς· τὰ μέντοι σὰ ἀκριβῶς οἶδα, ὅτι πλέον ἂν εὕροι ἢ ἑκατονταπλασίονα τούτου; 6 (cf. p. 23 n. 1).

[5]) Minime ex Aeschin. III, 52: „ὅτε εἷς ὢν τῶν τριηράρχων Δημοσθένης καὶ περιάγων τὸν στρατηγὸν ἐπὶ τῆς νεὼς καὶ συσσιτῶν καὶ συνθύων καὶ συσπένδων, καὶ τούτων ἀξιωθεὶς διὰ τὸ πατρικὸς αὐτῷ φίλος εἶναι, οὐκ ὤκνησεν ἀπ' εἰσαγγελίας αὐτοῦ κρινομένου περὶ θανάτου κατήγορος γενέσθαι“ hac trierarchia solum oratorem functum esse consequitur, cum inter Demosthenem eiusque collegam, ut saepius inter syntrierarchos [Dem. L, 40: ἐγὼ μὲν ὁ τόν τε ὑπὲρ ἐμαυτοῦ χρόνον καὶ τοῦ συντριηράρχου λελειτουργηκὼς ἐπετριηράρχησα ὑπὲρ ὑμῶν, 58] convenire potuerit, ut orator suo atque collegae nomine integrum annum trierarchiam praestaret; itaque mihi quidem non liquet, quo nixus testimonio argumentove Blaschkius l. c. p. 36 dicat: „Utut est Ol. 105, 2 Demosthenes trierarchia functus est solus“.

et eadem ex ratione Critobulus quattuor centesimis minus in trierarchia conlocaverit. Minori etiam rei familiari, postquam collegia Athenienses instituerunt, trierarchia imponebatur: Apollodorum enim quendam quinque talenta possedisse accepimus Isaei VII, 31: „ἐκείνῳ δὲ πρόδηλον ἦν, ὅτι, εἰ καταλείψει τὸν κλῆρον ἐπὶ τούτοις, ἔρημον ποιήσει τὸν οἶκον, προορῶντι ταύτας τὰς ἀδελφὰς τὸν μὲν Ἀπολλοδώρου τοῦ ἀδελφοῦ κλῆρον ἐχούσας, ἐκείνῳ δ' οὐκ εἰσποιούσας ὄντων αὐταῖς παίδων, καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας αὐτῶν τὴν γῆν, ἣν ἐκεῖνος κατέλιπε, καὶ τὰ κτήματα πέντε ταλάντων πεπρακότας καὶ τὸ ἀργύριον διανενεμημένους, τὸν δὲ οἶκον αἰσχρῶς οὕτω καὶ δεινῶς ἐξηρημωμένον“; 43 sq.: Προνάπης δὲ τί (scil. ἀξιοῖ) ὑπὲρ τῆς ἀμφισβητούσης; ἔχειν μὲν τοῦ τῆς γυναικὸς ἀδελφοῦ τιμὴν τοῦ ἡμικληρίου πένθ' ἡμιτάλαντα; 19: τοῦ γὰρ Εὐπόλιδος υἱέος ἄπαιδος Ἀπολλοδώρου τελευτήσαντος τὰ ἡμίσεα Θρασύβουλος εἴληφεν, οὐσίας καὶ πεντεταλάντου καταλειφθείσης ῥᾳδίως; et de iisdem facultatibus haecce verba ponuntur, §. 32: „ἀλλὰ μὴν ὅτι ἄπαιδα ἐκεῖνον περιεωράκασι καὶ τὰ χρήματα ἔχουσι καὶ οἶκον ἐκ τοῦ φανεροῦ τριηραρχοῦντα ἀνῃρήκασι, κάλει μοι καὶ τούτων τοὺς μάρτυρας; 42: καὶ ἐκείνων οὖν ἕνεκα καὶ ἡμῶν εἰκότως ἂν ποιήσαισθε πρόνοιαν, ἄλλως τε καὶ τούτων τριηραρχοῦντα οἶκον πεντετάλαντον ἀνῃρηκότων καὶ πεπρακότων καὶ ἔρημον πεποιηκότων“. In illud vero tempus, quo collegia iam erant, orationem incidisse patet ex §. 38: οὐκ ἐκ συμμορίας τὴν ναῦν ποιησάμενος, ὥσπερ οἱ νῦν. Itaque si — quod optimo iure statui licet respecta illa lege, qua sancitum erat, ne ad ullam liturgiam quisquam adstringeretur, cui duo tantum talenta essent — Athenienses, qui quinque talenta possederint, in ultima facimus classe conscriptos esse et senos denos in partem venisse talenti, sumptus, quo hoc tempore in singulis navibus opus erat: una dimidiataque rei familiaris centesima minus contulere, atque etiam si septem trierarchiae impendia sustinuissent, ne tres quidem pensitassent centesimas. — Unice iuste civibus singulis trierarchiae impendia lege demum illa Demosthenis valente imponebantur. Sed quaenam intercesserit ratio inter uniuscuiusque censum ac pecunias, quas conferre debebat, minime iam constat, quamvis Demosthenem, qua fuit prudentia, poni possit aequa tantum a civibus postulasse: licet enim, dumne decem talenta, de quibus mentio fit in lege, quae Dem. XVIII, 106 est inserta, rem familiarem intellegamus itaque Demosthenem liturgiam iusto graviorem Atheniensibus faciamus imperantem, sed ad pecunias ea

referamus, quas quisque apud magistratum profitebatur — licet eam oneris in singulos cives distribuendi rationem, quae illa lege exponitur, veri similem esse nemo, si reputaverit, quae de priore aetate modo exposuimus, sit negaturus, tamen, cum et decretum, quod antecedit (§. 105), quisquis decretorum huius temporis cognoverit formam atque indolem [1]), spurium esse ex prima iam fronte contenturus sit neque alteram legem genuinam haberi posse Droyssenus optime docuerit [2]), quis est, quin etiam legi fidem abroget, de qua agitur? Immo aliis quoque argumentis haec suspicio confirmatur: primum summae offensioni est, quod tota haec lex obscuritate est ob ducta; nam, cum initio de censu agatur [3]) (τοὺς τριηράρχους αἱρεῖσθαι ἐπὶ τὴν τριήρη ἀπὸ τῆς οὐσίας κατὰ τίμησιν, ἀπὸ ταλάντων δέκα) itemque accipi possit sententia: »ἐὰν δὲ πλειόνων ἡ οὐσία ἀποτετιμημένη ᾖ χρημάτων, κατὰ τὸν ἀναλογισμὸν ἕως τριῶν πλοίων καὶ ὑπηρετικοῦ ἡ λειτουργία ἔστω«, extrema lege de re familiari tantum verba fiunt: κατὰ τὴν αὐτὴν δὲ ἀναλογίαν ἔστω καὶ οἷς ἐλάττων οὐσία ἐστὶ τῶν δέκα ταλάντων, εἰς συντέλειαν συναγομένοις εἰς δέκα τάλαντα; itaque ex tali quidem lege nequaquam liquere potuit, num census an res familiaris essent decem illa talenta; tum vocabulo ἀποτιμᾶν Attici significant »rem aestimare, quae pignori detur«; cf. Dem. XXX, 7: »προέσθαι δὲ τὴν προῖκ' οὐκ ἐπίστευσεν, ὥσπερ εἰ τὰ τῶν ἐπιτροπευόντων χρήματα ἀποτίμημα τοῖς ἐπιτροπευομένοις καθεστάναι νομίζων; XLI, 7: καὶ περὶ τούτου τί ἂν ἔτι μεῖζον ἢ ἰσχυρότερον ἔχων εἰς ὑμᾶς κατέστην ἢ τὸν νόμον, ὃς οὐκ ἐᾷ διαῤῥήδην, ὅσα τις ἀπετίμησεν, εἶναι δίκας οὔτ' αὐτοῖς οὔτε τοῖς κληρονόμοις; Isaei VI, 36: μισθοῦν ἐκέλευον τὸν ἄρχοντα τοὺς οἴκους ὡς ὀρφανῶν ὄντων, ὅπως ἐπὶ τοῖς τούτων ὀνόμασι τὰ μὲν μισθωθείη τῆς οὐσίας, τὰ δὲ ἀποτιμήματα κατασταθείη; C. I. Gr. 103: »Δ δραχμὰς καθιστάναι ἀποτ[ί]μημα τῆς μ[ι]|σθώσεως ἀξιόχρεων, τοὺς δὲ ἐντὸς Δ δραχμ[ῶ]ν ἐγγυ[ή]τ[ην |

---

[1]) De rebus ad decreta pertinentibus cf. G. Hartelii librum, cui inscribitur: »Studien zum attischen Staatsrecht u. Urkundenwesen«, Vindob. 1878; de decreto, quod tractamus, cf. Droyssen. l. c. 951 sqq.

[2]) l. c. p. 956.

[3]) Quod Droyssenus dicit (l. c. p. 957). »War das der Fall [scil. si mille ducenti tantum hac quoque aetate trierarchiam praestabant], so musste nach dem Ansatz von einer Triere auf zehn Talente τίμημα in den Händen der 1200 wenigstens 3000 Talente Steuercapital, d. h. mehr als die Hälfte des Gesammtvermögens befindlich sein, was nicht eben wahrscheinlich sein dürfte«, in eo aliquid auctoritatis inesse equidem non audeo infitias ire.

ἀποδιδόμενον τὰ ἑαυτοῦ τῆς μισθώσεως[1]); Dem. XLX, 11; Isaei frg. 29; denique nusquam apud Atticos praepositionis μέχρι loco vox ἕως invenitur[2]).

Iam in eo est, ut exponam, quid de Boeckhii iudicem sententia, qui vigente Demosthenis lege, quisquis tantam possederit rem familiarem, cui tributum imperari posset, eidem trierarchiam praestandam fuisse adfirmat[3]). Huius rei ne ullum quidem apparet vestigium locis ad diiudicandum facientibus, immo, ubicumque de ratione agitur, quam in designandis trierarchis Demosthenes instituit, verba ita sunt comparata, ut dubitari nequeat, quin trecentis tantum ditissimisque Atheniensium perlata oratoris rogatione gravius quam priore aetate onus impositum sit: Aeschin. III, 222: „τὰ δὲ περὶ τὰς τριήρεις καὶ τοὺς τριηράρχους ἁρπάγματα τίς ἂν ἀποκρύψαι χρόνος δύναιτ' ἄν, ὅτε νομοθετήσας περὶ τῶν τριακοσίων καὶ σαυτὸν πείσας Ἀθηναίους ἐπιστάτην τάξαι τοῦ ναυτικοῦ ἐξηλέγχθης ὑπ' ἐμοῦ ἑξήκοντα καὶ πέντε νεῶν ταχυναυτουσῶν τριηράρχους ὑφῃρημένος“; Hyperid. (apud Harpocr. s. v. συμμορ.): ἕως μὲν πλουσιώτατοι παρακρουόμενοι τὴν πόλιν σύμπεντε καὶ σύνεξ τριηραρχοῦντες μέτρια ἀνήλισκον, ἡσυχίαν ἦγον οὗτοι, ἐπειδὴ δὲ ταῦτα κατιδὼν Δημοσθένης νόμον ἔθηκεν τοὺς τ' τριηραρχεῖν — νῦν ὁ Φορμίων αὐτὸν ἐκκλέπτει; Dinarch. I, 42: εἰσί τινες ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐν τοῖς τριακοσίοις γεγενημένων, ὅθ' οὗτος ἐτίθει τὸν περὶ τῶν τριηράρχων νόμον; Demosth. XVIII, 103: καίτοι πόσα χρήματα τοὺς ἡγεμόνας τῶν συμμοριῶν ἢ τοὺς δευτέρους ἢ τοὺς τρίτους οἴεσθέ μοι διδόναι, ὥστε μάλιστα μὲν μὴ θεῖναι τὸν νόμον τοῦτον; 108: ἐγὼ δ' ἐκ τῶν ἀπόρων εἰς τοὺς εὐπόρους μετήνεγκα τὰς τριηραρχίας;

---

[1]) Cf. Thesauri linguae Graecae vol. I, 2 p. 1790.

[2]) Cf. Kruegeri Grammatic. graec. II², §. 416, 2; simili modo ac loco, de quo disserimus, vox ἕως adhibetur in lege, quae Aeschin. I, 16 inserta est: ἕως δὲ τοῦ ἀποτῖσαι εἰρχθήτω.

[3]) Oec. civ. Ath. I, 738: „Hiedurch wurde eine grosse Veränderung hervorgerufen. Alle, die überhaupt ein steuerbares Vermögen hatten, wurden nun angezogen“; 739: „und wurde — die Reihe durch die ganze Schatzung Trierarchie geleistet, ohne dass man immer nur wieder dieselben Reichen anzog, so konnte sie nicht drückend sein. Rechnen wir, dass sie, wie vorher, höchstens ein Talent kostete, so betrug die Gesammtauslage der Trierarchen für 100, 200, 300 Trieren ebensoviele Talente oder $\frac{1}{60}$, $\frac{1}{30}$, $\frac{1}{20}$ von der Schatzung“; Inscript. nautic. p. 183: „die aber auf weniger als zehn Talente geschätzt waren, wurden in Syntelien von je zehn Talenten Schatzung verbunden, so dass alle Steuerpflichtigen angezogen wurden“.

I, 9: τοὺς μὲν τοίνυν ἱππέας δῆλον ὅτι καθιστάναι δεῖ κατὰ τὸν νόμον τοὺς δυνατωτάτους καὶ χρήμασι καὶ σώμασιν ἢ εἰσάγοντα εἰς δικαστήριον ἢ πείθοντα: nam vocabula κατὰ τὸν νόμον hoc quidem loco ita tantum arbitror explicari licere, ut scriptorem in hoc consilio legem se sequi, quae Athenis vigeret, declaravisse statuamus[1]). Erravit igitur Bakius, cum Mnemos. VIII p. 225 negavit „usquam demonstrari, quod a Boeckhio doceretur (p. 352 et 650), lege teneri ditiores in equitatu mereri"; quod vero, ut alia praeteream eius argumenta, quae inania esse, quisquis locum perlegerit, cognoscet, idem grammaticus miratus quasi interrogat: „Ipsum autem ἱππεύειν quo modo in liturgiis censeri poterat, cum censu coniunctum, cum equitibus μισθὸς praeberetur et σῖτος?", respiciendum est, quod Bakium ipsum non effugit, „sibi quemque et equum et reliqua, quibus opus erat, comparasse" (p. 221) ac pecuniis illis a civitate concessis aliquanto tantum esse adiutum, deinde si hanc probaremus argumentandi rationem, futurum esse, ut ipsam trierarchiam in liturgiarum numero fuisse negare cogeremur, cum posteriore quidem aetate et navis et armamenta et remiges et stipendium et pecuniae, quibus alimenta emerentur, a re publica data essent.

Quanta huius muneris impendia fuerint[2]), non certo disceptari, sed colligi solum potest ex eo, quod Atheniensibus, cum in equitum numerum adsciscebantur, ad instruendos se exornandosque certa quaedam pecunia (κατάστασις)[3]) et domi militiaeque singulae quotidie drachmae[4]), quibus alimenta compararentur, publice datae

[1]) Sententia, quae a me proposita est, defenditur verbis I, 2: „θεῶν δ' ἵλεων ὄντων ἀναβιβαστέον μέν σοι ἱππέας, καὶ ὅπως ἀναπληρῶται ὁ κατὰ τὸν νόμον ἀριθμός; 23: δυνατοὶ δ' εἰσὶ κατὰ τὰ ἐν τῷ νόμῳ ὁπλίσαι καὶ ἄνευ τοῦ αὐτοὶ δαπανᾶν τῷ μισθῷ ἐπαναγκάζοντες κατὰ τὸν νόμον ὁπλίζεσθαι; aliorum quoque urbis institutorum a scriptore rationem habitam esse e. gr. consequitur e II, 2: οὐκοῦν ὑπὸ μὲν τῆς πόλεως ὑπάρχουσι διῃρημέναι δέκα φυλαί.

[2]) Cf. Hermann. de equit. p. 30.

[3]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 354 sq.; Hermann. Antiqu. I, 152, 24; Bak. Mnemos. l. c. p. 219 sqq.; Saupp. Philol. XV (1860) p. 71 sqq.; Frohberger. ed. Lys. III p. 2 n. 16.

[4]) Cf. C. I. A. I, 188 (= Boeckh. l. c. II, 10 sq.; 17); Xenoph. Hipparch. I, 19; Dem. IV, 28; huc etiam spectat C. I. A. II, 612 (Ol. 120, 2 = 299/8 a. Chr.): ἐπειδὴ οἱ ταμ[ίαι τῶ]ν τῆς θεοῦ οἱ ἐπὶ Ἡγεμά[χου ἄρχ]οντος ἐπεμελήθησαν [μετὰ τ]ῶν ἱππάρχων, ὅπως ἂν οἱ [ἱππ]ε[ῖ]ς τόν τε σῖτον κομίσων[ται π]αρὰ τοῦ δήμου τὸν ὀφειλ[όμενον] αὐτοῖ[ς] etc.; de pecuniis, quas res publica equitibus solverat, cf. etiam Dem. XXIV, 97: τὰ γὰρ εἰς τὰς ἐκκλησίας καὶ τὰς θυσίας καὶ τὴν βουλὴν καὶ τοὺς ἱππέας καὶ τἄλλα χρήματ' ἀναλισκόμενα οὗτός ἐσθ' ὁ νόμος ὁ ποιῶν προσευπορεῖσθαι; cf. Boeckh. l. c. I, 353; 381.

sunt, quibus pecuniis bello stipendium addebatur[1]; deinde equi militares duodecim circiter minis aestimati sunt[2].

Huic muneri Solonis temporibus bini ex unaquaque naucraria[3]) sunt obligati, qui numerus in dies augebatur, ut Demosthenis aetate mille iam exstarent equites[4].

§. 5. Sumptuosissimum munus, quod pace Atheniensibus praestandum erat, **choregia** fuit[5], quae civibus imponebatur Liberalibus maioribus, Lenaeis[6], Sciris[7], Thargeliis, Panathenaeis utrisque, Prometheis, Vulcanalibus[8].

Chororum autem genera haecce sunt: chori scaenici, et tragici[9] et comici[10], chori ex tibicinibus[11] (Liberalibus)[12] et ex

---

[1]) Hyperid. II, 14, 8.

[2]) Cf. Boeckh. l. c. I, 103 sq.

[3]) Polluc. VIII, 108 [p. 59 n. 6].

[4]) Cf. Boeckh. l. c. I, 367; G. Wachsmuth. Antiquit. II, 314 sq.

[5]) Cf. Boeckh. l. c. I, 600 sqq.; Hermann. Antiqu. I, 161, 1 et 9; Schoemann. „Griech. Alterth.“ I, 486; Antiquit. 324; G. Wachsmuth. l. c. II, 95; Westermann. Encycl. Paul. II, 335—338; Witzschel. ibid. 338 sq.; Schneider. „de theatro Attico“ p. 12 sq. et n. 134—137, 140, 141, 143, 147, 152, 153; Rosenkranz. „de choregia“ p. 3—15, Telfii Corp. iur. Attici n. 922—27.

[6]) Cf. Boeckh. comment. academ. Berol. 1816 p. 77, 104. Tragoediarum comoediarumque Lenaeis editarum choros circa Ol. 79 et comoediarum Liberalibus maioribus actarum choros circa Ol. 84 institutos esse Bergkius probare studet Mus. Rhen. XXXIV p. 300; 302; 305 sq.; 320; 331 n. 4; cf. Frederic. Leon. ibid. XXXIII p. 144 sq.

[7]) Athen. XI, §. 92: τρέχουϲι (scil. οἱ ἔφηβοι) δ' ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διονύϲου μέχρι τοῦ τῆϲ Σκιράδοϲ 'Αθηνᾶϲ ἱεροῦ, καὶ ὁ νικήϲαϲ λαμβάνει κύλικα τὴν λεγομένην πενταπλόαν, καὶ κωμάζει μετὰ χοροῦ; cf. Aug. Mommsen. „Heortologie“ p. 287 sqq.; de Liberalibus cf. Schoemann. „Griech. Alterth.“ II, 488 sqq.; Preller. l. c. I, 170; 552—556; Hermann. Antiquit. II, 57; 58; 59.

[8]) Xenoph. de re publ. Athen. III, 4: πρὸϲ δὲ τούτοιϲ χορηγοῖϲ διαδικάϲαι εἰϲ Διονύϲια καὶ Θαργήλια καὶ Παναθήναια καὶ Προμήθεια καὶ 'Ηφαίϲτεια ὅϲα ἔτη; C. I. Gr. 213 (= C. I. A. II, 553): „ἀναγράψαι δὲ καὶ εἴ τιϲ ἄλλοϲ νενίκηκεν ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντοϲ παιϲὶν ἢ ἀνδράϲιν Διονύϲια ἢ Θαργήλια ἢ Προμήθια ἢ 'Ηφαίϲτια“ quam inscriptionem ad gymnasiarchiam quoque pertinere falso opinantur Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 615 et C. I. Gr. I p. 344 ac Meierus opusc. academ. I, 340 sq.; cf. quae A. Mommsenus l. c. p. 311 n. *** dubitanter disputat; Schol. Dem. 465, 28; Antiph. VI, 11; Dem. XLII, 22. De Chytris cf. A. Mommsen l. c. 368; Leutsch. Philol. XI, 733; Hermann. Antiqu. II², 58, 6.

[9]) Andoc. IV, 42; Lys. XIX, 29; XXI, 1; Isaei V, 36; VI, 60; Dem. XXI, 58 sq., 156; Koehler. in „Mitth. arch. Instit.“ III p. 104.

[10]) Lys. XXI, 4; C. I. Gr. 219; Koehler. l. c. III, 104 sq. [= Mus. Rhen. XXXIV, 301 (cf. XXXIII, 142)], 107.

[11]) Dem. XXI, 156.

[12]) Argum. I ad Dem. or. XXI.

pace in legationibus Delum mittendis hanc liturgiam praestare debebant[1]), imperatorum fuit[2]).

§. 4. Paucis expediam munus equorum rei publicae causa alendorum ἱπποτροφίαν[3]), quo optime oratio a liturgiis, quae ad bellum pertinuerunt, ad eas traducitur convertiturque, quas pace Athenienses subiere: nam non bello tantum, sed pace etiam[4]) ac praecipue quidem ludis Panathenaeis[5]), Theseis[6]), funebribus[7]), qui hoc munere fungebantur, usi sunt illis equis. Utrumque huius muneris genus in liturgiarum numero habitum esse duabus de causis arbitror, primum quod de posteriore apertis verbis id indicari videtur Lycurg. orat. in Leocr. §. 139: καίτοι τινὲς — ταῖς αὐτῶν λειτουργίαις ἐξαιτεῖσθαι τοὺς κρινομένους ἀξιώσουσιν, ἐφ' οἷς ἔγωγε καὶ μάλιστ' ἀγανακτῶ. — οὐ γὰρ εἴ τις ἱπποτετρόφηκεν ἢ κεχορήγηκε λαμπρῶς ἢ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων τι δεδαπάνηκεν, ἄξιός ἐστι παρ' ὑμῶν τοιαύτης χάριτος — ἀλλ' εἴ τις τετριηράρχηκε λαμπρῶς ἢ τείχη τῇ πατρίδι περιέβαλεν ἢ πρὸς τὴν κοινὴν σωτηρίαν ἐκ τῶν ἰδίων συνεύπορησε[8]), quo loco de ea tantum agi huius liturgiae specie,

---

1) Boeckh. l. c. II, 95 (§. 5): εἰς κομιδὴν τῶν θεωρῶν καὶ τῶν χορῶ[ν] Ἀντιμάχῳ Φίλωνος Ἑρμείῳ τριηράρχῳ ΤΧ; cf. Inscr. naut. p. 168 sqq.

2) Dem. XXXIX, 8 (p. 49 n. 2); XXXV, 48: οὐκοῦν ὑπόλοιπόν ἐστιν οἱ στρατηγοί· ἀλλὰ τοὺς τριηράρχους καθιστᾶσιν οὗτοι εἰσάγοντες εἰς τὸ δικαστήριον; Schol. Aristoph. Equit. 914: ἐπειδὴ οἱ στρατηγοί, εἴ τινα εἶχον ἐχθρόν, εἰς τριηραρχίαν ἐνέβαλον, ὅπως ἂν ὁ βίος αὐτοῦ ἀναλίσκοιτο; Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 701; Hermann. Antiqu. I, 153, 5.

3) Cf. Hermann. »de equitt. Attic.« p. 23 sqq.; Antiqu. I, 152, 22 sqq.; Schoemann. »Griech. Alterth.« I, 454; Boeckh. Oec. civ. Athen. I, 352.

4) Hyperid. II, col. 13 vs. 16 sqq.: ἱπποτροφῶν δὲ δια|τετέλεκα φιλοτ[ί]|μως τὸν ἅπαντα χρό|νον παρὰ δύναμιν | καὶ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν | τὴν ἐμαυτοῦ; vs. 26 sqq.: ὑ|μεῖς γάρ με, ὦ ἄν|δρες δικασταί, πρῶ|τον μὲν φύλαρχον | ἐχειροτονήσατε ἔ|πειτα εἰς Λῆμνον | ἵππαρχον καὶ ἦρξα|μὲν αὐτόθι δύ' ἔτη|τῶν πώποθ' ἱππαρ|χηκότων μόνος; Athen. IV, 64: τοῖς δὲ Παναθηναίοις ἵππαρχος ὢν ἴκρίον ἔστησε πρὸς τοῖς Ἑρμαῖς Ἡρισταγόρᾳ μετεωρότερον τῶν Ἑρμῶν; Dem. XXI, 174: ἱππαρχῶν τοίνυν, τί οἴεσθε τἆλλα; ἀλλ' ἵππον, ἵππον οὐκ ἐτόλμησεν ὁ λαμπρὸς καὶ πλούσιος οὗτος πρίασθαι, ἀλλ' ἐπ' ἀλλοτρίου τὰς πομπὰς ἡγεῖτο, τοῦ Φιλομήλου τοῦ Παιανιέως ἵππου; cf. 171.

5) Athen. IV, 64 (cf. not. anteced.); Boeckh. l. c. I, 353 *d*; 580; II, 17; Preller. Mythol. Graec. I² p. 173 sq.

6) C. I. A. II, 444—446.

7) Dem. LX, 13: εἰ μὲν εἰς χρημάτων δαπάνην ἤ τιν' ἄλλην θεωρίαν ἱππικῶν ἢ γυμνικῶν ἄθλων ἐτάχθην κοσμῆσαι τὸν τάφον, ὅσῳπερ ἂν προθυμότερον καὶ ἀφειδέστερον ταῦτα παρεσκευάσμην, τοσούτῳ μᾶλλον ἂν προσήκοντα ἔδοξα πεποιηκέναι.

8) Patet autem improprie verbo λειτουργιῶν Isocratem usum esse, de

quae ludis sollemnibus praestabatur, eo fit apertum, quod hoc munus opponitur trierarchiae atque aliis muneribus, quae salutis rei publicae causa cives suscipiebant. Ac pertinebat haec liturgia ad pompas[1]), certamina varii generis[2]), corporis virtutem, armorum bonitatem[3]), et, quod quidem ad εὐανδρίαν atque ad εὐοπλίαν attinet, per tribus ea equitibus iniungebatur[4]).

Deinde lege Athenis coactos esse ditissimos cives, ut belli causa equos alerent, verbis evincitur, quae reperis Xenoph. Hipparch.

---

sumptibus, quos Alcibiades in ludis Olympiacis conlocaverat (cf. Thucyd. VI, 16, 2; 15, 3; Andocid. IV, 25—30), XVI, 32 sq. dicentem: ἡγούμενος τὰς μὲν ἐνθάδε λειτουργίας ὑπὲρ τῶν ἰδίων πρὸς τοὺς πολίτας εἶναι, τὰς δ' εἰς ἐκείνην τὴν πανήγυριν ὑπὲρ τῆς πόλεως εἰς ἅπασαν τὴν Ἑλλάδα γίγνεσθαι — τοὺς μὲν γυμνικοὺς ἀγῶνας ὑπερεῖδεν — ἱπποτροφεῖν δ' ἐπιχειρήσας, ὃ τῶν εὐδαιμονεστάτων ἔργον ἐστί — οὐ μόνον τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀλλὰ καὶ τοὺς πώποτε νικήσαντας ὑπερεβάλετο.

[1]) Xenoph. Hipp. II, 1: Ἦν δὲ δή σοι ταῦτα πάντα ἐξησκημένοι ὦσιν οἱ ἱππῆς, δεῖ δήπου καὶ τάξιν τινὰ ἐπίστασθαι αὐτούς, ἐξ ἧς καλλίστας μὲν θεοῖς πομπὰς πέμψουσι, κάλλιστα δὲ ἱππάσονται; III, 1 sqq.; C. I. A. II, 444, vs. 1 sqq.; 445, vs. 1 sqq.; 446, vs. 1 sqq.; Platon. de re publ. I, 328 *A*; Plut. Phoc. (XLIX) 37; Hermann. de equit. p. 17.

[2]) C. I. A. II, 444, col. *b*, 77:

ἐν ὅπλοις δίαυλο[ν]
ἐκ τῶν φυλάρχων· Ἀρατίων Σίμου Αἰγεῖ[δος]
φυλῆς. δίαυλον ἐκ τῶν φυλάρχων· Ἀρατίων Σ[ίμου]
Αἰγεῖδος φυλῆς. ἀκάμπιον ἐκ τῶν φυλ[άρχων]·
Ἀρατίων Σίμου Αἰγεῖδος φυλῆς. ἵππω[ι πολε-]
μιστῆ δίαυλο[ν] ἐκ τῶν ἱππέων· Ἀρ — — —
της Ἀντιμάχου Οἰνεῖδος φυλῆς. δίαυλο[ν ἐκ τῶν]
ἱππέων· Νικόδωρος Νικησίου Λεωντίδ[ος φυλῆς].
ἀκάμπιον ἐκ τῶν ἱππέων· Νικόδωρος Ν[ικησίου]
Λεωντίδος φυλῆς;

445, part. II, col. *b*, 41 sqq.; 446, col. *b*, 85 sqq.; inscriptionis, quam Sauppius edidit in »de inscript. Panathenaica« Gotting. 1858, *B* vs. 8. De εὐανδρίας certamine cf. §. 9 et not. sq.

[3]) C. I. A. II, 445, part. II, col. *a* 8, sqq.:

τῶν ἱππέων εὐανδρίᾳ·
φ[υ]λὴ ἐνίκα Αἰγε[ΐ]ς
φυλαρχοῦντος Ἀλεξάνδρου
τοῦ Ἀλεξάνδρου Ἐρχιέως —
εὐοπλίᾳ· Λε[ω]ντὶς
φυλαρχοῦν[τος] Δημμάχου
τοῦ Δημμ[άχου Λ]ευκονοέως;

cf. II, 444, col. *a*, 56 sqq.; 446, col. *a*, 53 sqq.

[4]) C. I. A. II, 444, 11 sq.: παρεσκεύασεν δὲ καὶ ταῖς φυλαῖς [τ]αῖ[ς νι]κώσαις ἆθλα τῶν τε ἱππέων καὶ τῶν ἐπιλέ[κτων]; 445, frg. *a b*, 7 sq.; 446, 9 sq.; quos locos cum iis componas, qui n. 3 relati sunt.

Praeter consuetudinem vero eum, qui orationem Antiphontis sextam habuit, quattuor homines conquisivisse, ut choro consulerent, aperte indicatur verbis: ἐπεὶ δὲ ἧκον οἱ παῖδες, πρῶτον μέν μοι ἀσχολία ἦν παρεῖναι καὶ ἐπιμελεῖσθαι· ἐτύγχανε γάρ μοι πράγματα ὄντα πρὸς Ἀριστίωνα καὶ Φιλῖνον — ἐγὼ μὲν οὖν τούτοις προσεῖχον τὸν νοῦν, κατέστησα δὲ ἐπιμελεῖσθαι, εἴ τι δέοι τῷ χορῷ, Φανόστρατον etc. (§. 12).

Impendia huius liturgiae, quae sumptuosa a scriptoribus nominatur[1]), in aliis feriis aliisque choris alia fuerunt, sed longe maxima in choris exornandis, qui e tibicinibus constabant[2]); et si locum respicimus, qui Lys. XXI, 1—5 exstat, ex eadem ratione chori in hunc redigi possunt ordinem: primo loco ponatur necesse est chorus virorum, qui Liberi ludis comparabatur (5000 dr.)[3]), altero chorus tragicus (3000 dr.), tertio chorus virorum, Thargeliis instruendus (2000 dr.), quarto chorus comicus (1600 dr.)[4]), quinto chorus pyrrhichistarum Panathenaeis maioribus instituendus (800 dr.), sexto chorus eiusdem generis (pyrrhichistarum iuvenum) ad Panathenaea minora spectans (700 dr.), septimo chorus cyclius ad easdem ferias pertinens (300 dr.)[5]).

Quibus hoc munus suscipiendum esset, tribules iusserunt[6]) certum quendam ordinem servantes[7]); et primum quidem singuli singulos choros exornarunt, sed, cum finito bello Peloponnesiaco opes familiares

---

παρεφέρετο, καὶ τοῖς χοροῖς εἰσιοῦσιν ἐνέχεον πίνειν etc. choregorum fuisse spectatoribus etiam cibaria potumque apponere colligendum arbitratur; cf. Mommsen. Heort. 394.

[1]) Xenoph. Hipparch. I, 26: δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς χοροῖς ὡς μικρῶν ἄθλων ἕνεκα πολλοὶ μὲν πόνοι, μεγάλαι δὲ δαπάναι τελοῦνται; Aristot. Polit. V, 7, 11 [= 1309 *a*, 17 sqq.]: βέλτιον δὲ καὶ βουλομένους κωλύειν λειτουργεῖν τὰς δαπανηρὰς μέν, μὴ χρησίμους δὲ λειτουργίας, οἷον χορηγίας καὶ λαμπαδαρχίας καὶ ὅσαι ἄλλαι τοιαῦται.

[2]) Dem. XXI, 156: τραγῳδοῖς κεχορήγηκέ ποθ' οὗτος, ἐγὼ δὲ αὐληταῖς ἀνδράσιν. καὶ ὅτι τοῦτο τὸ ἀνάλωμα ἐκείνης τῆς δαπάνης πλέον ἐστὶ πολλῷ, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου.

[3]) Nescio, an hic chorus idem sit, de quo Dem. XXI, 156 verba facit.

[4]) Hoc loco chorus puerorum (1500 dr.) inserendus esset, si compertum haberemus, quosnam ad ludos et ad quam chororum speciem eum referremus.

[5]) Cf. praeterea Lys. XIX, 42; Boeckh. l. c. I, 603.

[6]) Dem. XX, 130: οὔτε φυλὴ πώποτ' ἐνεγκεῖν ἐτόλμησεν οὐδεμία οὐδένα τῶν ἀπ' ἐκείνων χορηγὸν οὔτ' ἐνεχθεὶς αὐτοῖς ἄλλος οὐδεὶς ἀντιδοῦναι; argum. II ad Dem. XXI; Dem. XXI, 13; XXXIX, 7; Schol. Aristoph. av. 1404; cf. Hermann. I, 122, 2.

[7]) Cf. p. 54 n. 2.

magis magisque Athenis minuerentur[1]), choregi defuerunt itaque anno Ol. 93, 3, ut Boeckhio videtur[2]), concessum est, ut bini in partem venirent muneris impensae[3]), et pro binis interdum tribubus singuli choregi liturgiam subierunt[4]), atque eo etiam saepius res est deducta, ut publice sumptus tolerarentur, qui opus erant ad choros instituendos[5]); denique choros comicos Cinesias sustulisse dicitur[6]).

---

[1]) Cf. Boeckh. l. c. I, 606 sqq.

[2]) l. c. Addend. p. VI.

[3]) Schol. Aristoph. Ran. 406: ἐπὶ γοῦν τοῦ Καλλίου τούτου φηςὶν Ἀριςτοτέλης, ὅτι cύνδυο ἔδοξε χορηγεῖν τὰ Διονύςια τοῖς τραγῳδοῖς καὶ κωμῳδοῖς, ὥςτε ἦν τις καὶ παρὰ τὸν Ληναικὸν cυςτολὴ χρόνῳ, δι' οὗ πολλοὶ (?) ὕςτερον καθάπερ τὰς χορηγίας περιεῖλε Κινεςίας.

[4]) Antiph. VI, 11; Schol. Dem. 465, 27; C. I. Gr. 216 (Ol. 104—106); Koehler. l. c. II, 189 (Ol. 109, 1 = 344/3), Ἀθην. I, 169 sq. tit. 1; 2; 3 (365/64 a. Chr. n.), quibus cum locis conferas C. I. Gr. 221 (Ol. 111, 2) et 223 (Ol. 114, 2), ubi singuli eorundem chororum, ex pueris constantium, choregi commemorantur. Aliam, ac supra Boeckhium secuti protulimus, sententiam Cumanudis Ἀθην. I, 171 defendit, binas tribus binosque choregos cum binis tribubus atque choregis in certamen descendisse arbitrans; et, cum in prima trium, quas l. c. editit, inscriptionum nomen archontis desit atque in hoc alteroque titulo tribus victrices eaedem sint, diversi autem choregi, rem hisce verbis expedire conatur: „ἐπειδὴ αἱ φυλαὶ κατὰ δύο τότε ἠνωμέναι cυνδιηγωνίζοντο μετὰ χορηγῶν δύο πρὸς ἄλλας ἐπίςης καὶ αὐτὰς κατὰ δύο ἠνωμένας, ἡ δὲ νίκη ὅμως ἦτο μία, ἴςως καὶ τὸ βράβειον ἓν μόνον, ὁ τρίπους, cυνειθίςθη — νὰ γράφηται ὁ ἄρχων ἐπὶ τοῦ ἑνὸς μόνου βάθρους, ἐφ' οὗ καὶ τρίπους ἀνιδρύετο, cυγχωρευομένης ὅμως καὶ τῆς ἀναθέςεως ἑτέρου βάθρου διὰ τὴν δευτέραν ἠνωμένην φυλήν“. Sed dubito, num recte de hac re iudicaverit vir doctus; nam, ut ex eius ratione aut in lapide, in quo tripus ponebatur, amborum choregorum, qui coniuncti palmam tulerant, nomina debuisse incidi, aut neque in hoc neque in altero lapide utriusque tribus nomen scribendum fuisse praeteream, Antiph. VI, 11 sqq. nulla muneris socii fit mentio. Itaque in Boeckhii iudicio acquiescamus et casu quodam statuamus factum esse, ut archontis nomen in titulo illo intercideret.

[5]) Ἀθην. VI p. 276 (= Bulletin d. corresp. Hell. II p. 392). [saec. IV. a. Chr. n.] Ὁ δῆμος ἐχορήγει; V, 330 (12) [post Ol. 122]; C. I. Gr, 225 (Ol. 127, 2); 226; hi sunt loci, de quibus Tittmannus l. c. p. 296 falso adnotavit: „Zuweilen übernahmen die Demen die Choregie, wozu ich weiter keine Erklärung zu geben weiss“; cf. Rangab. l. c. tit. 971; 983 (Ol. 127); II p. 700. Num Koeblerus (Mitth. arch. Instit. III p. 234 sqq.) hac aetate choregorum muneribus agonothetas functos neque ullo modo a re publica adiutos esse statuens verum invenerit, maxime dubium mihi videtur; si enim, quae prioribus temporibus athlothetarum [C. I. A. I, 183; 188] fuerint quaeque agonothetarum, de quibus agitur [C. I. A. II, 302, 307, 314, 331, 373 *b*, 379, 444, 453 *c*; Ἀρχ. ἐφημερίδ. 1862 τευχ. ι' p. 251], reputo, nescio, an propius ad verum accessuri simus agonothetas in athlothetarum locum successisse censentes. Ceterum noli praeterire, quod C. I. A. II, 302 una cum choregiae munere ἀγωνοθεςία commemoratur.

[6]) Cf. n. 3; de choregia, quae imperatorum Romanorum temporibus erat,

Quamquam vero per tribus destinati sunt, qui choregia fungerentur, tamen minime eam subire officium fuisse, quod Athenienses tribubus praestarent, sed tribuum nomine in cunctam rem publicam exsequerentur, tenendum est; qua de re nequaquam dubitari licere arbitror, si non a singulis tribubus, sed ab universa civitate ludos editos esse, quibus choregia, de qua agimus[1]), fungenda erat, consideraveris. Accedit, quod quam dilucidissimis verbis sententia, quae modo prolata est, confirmatur Dem. XXXIX, 7: Πρῶτον μὲν γάρ, εἰ δεῖ τὰ κοινὰ τῶν ἰδίων εἰπεῖν πρότερον, τίν' ἡμῖν ἡ πόλις ἐπιτάξει τρόπον, ἄν τι δέῃ ποιεῖν; ἢ οἴςουςι νὴ Δία οἱ φυλέται τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ τοὺς ἄλλους. οὐκοῦν Μαντίθεον Μαντίου Θορίκιον οἴςουςί με, ἂν χορηγὸν ἢ γυμναςίαρχον ἢ ἑςτιάτορα ἢ ἐάν τι τῶν ἄλλων φέρωςιν.

§. 6. Gymnasiarchiae[2]) liturgia, quo nomine etiam magistratus significatur, qui nescio quo tempore institutus praecipue imperatorum Romanorum aetate viguit[3]), Atheniensibus imperabatur Prometheis[4]), Vulcanalibus[5]), Panathenaeis[6]), Paneis[7]),

cf. C. I. A. III, 78 sqq.; 116; 117; Add. 82 *a*; Ἀρχαιολογ. ἐφ. 1862 τεύχ. θ'. p. 221 sq. ἀρ. 211; Plutarch. Sympos. I, 10.

[1]) Alius rationis choregia, Liberalibus minoribus praestanda, fuit; cum enim hi ludi non ab universa civitate celebrarentur, sed per pagos ad Liberi honorem ederentur, munera, quibus harum feriarum causa Athenienses obligabantur, iis non ut civibus totius rei publicae, sed ut paganis iniuncta sunt.

[2]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 609 sqq.; Kraus. Encycl. Paul. II, 978 sqq., »Gymnast. und Agonist. d. Hellenen« I, 1, 201—205 (cf. 181—201); Wolf. l. c. 92; Telfii Corp. iur. Attici n. 928—30; Schoemann. »Griech. Alterth.« I, 487; G. Wachsmuth. l. c. II, 95; Wecklin. Hermae vol. VII p. 437 sqq. (»Der Fackelwettlauf«); Themistocl. J. Olymp. in Ἀθην. V, 23 sqq.

[3]) Boeckh. l. c. I, 609 sq.; Hermann. l. c. I, 161, 10; III, 34, 6; 36, 17; Dittenberger. de ephebis Atticis p. 40.

[4]) Lys. XXI, 3; Isaei VII, 36.

[5]) Andocid. I, 132.

[6]) C. I. Gr. 251: γ]υμναςιαρχήςας Κεκρόπιδι φυλῇ [εἰς | Πα]ναθήναια τὰ μεγάλα; 252; 253; 254; Argum. II ad Dem. XXI; Boeckh. l. c. II, 762; Dittenberger l. c. p. 41.

[7]) Bekker. Anecd. 228, 11: γυμναςίαρχοι οἱ ἄρχοντες τῶν λαμπαδοδρομιῶν εἰς τὴν ἑορτὴν τοῦ Προμηθέως καὶ τοῦ Ἡφαίςτου καὶ τοῦ Πανός, ὑφ' ὧν οἱ ἔφηβοι ἀλειφόμενοι κατὰ διαδοχὴν τρέχοντες ἧπτον τὸν βωμόν; Schol. Dem. LVII, 43, quod a Saccelione editum est in »Bulletin de correspondence Héllenique« I (1877) p. 11: καὶ οὗτοι ἤγοντο λαμπαδοδρομίαν τὴν ἑορτὴν τῷ τε Προμηθεῖ καὶ τῷ Ἡφαίςτῳ καὶ τῷ Πανὶ τοῦτον τὸν τρόπον· οἱ ἔφηβοι ἀλειψάμενοι παρὰ τοῦ γυμναςιάρχου κατὰ διαδοχὴν τρέχοντες ἧπτοντο τὸν βωμόν, καὶ ὁ πρῶτος ἅψας ἐνίκα καὶ ἡ τούτου φυλή; Schol. Aristoph. Ran. 131; 1108 (1114); Harpocrat. 189, 12; Suid. II, 1, 498, 4 sqq. = Phot. 205, 25 sqq.; Bekker. Anecd. 277, 22 sqq.

Lenaeis[1]), fortasse etiam Theseis et ludis funebribus[2]). Ubicumque accuratior de hoc munere mentio fit, ad ea tantum pertinet cursus certamina, in quibus cursores faces manibus tenuere[3]), qua ex re, praesertim cum omnibus, quae enumeratae sunt, feriis huius modi certamina facta esse constet[4]), Haasius[5]) ac Dittenbergerus[6]) hanc unam fuisse muneris speciem optimo iure colligere videntur[7]).

De gymnasiarchi officiis[8]) id unum certo licet statuere, qui versari volebant in certaminibus, iis et mercedem et alimenta illum praebuisse[9]), sed, quae praeterea eum praestitisse grammatici contendunt, in coniecturis plus minusve probabilibus sunt posita; quanta vero pecunia in hoc munere conlocanda fuerit, ex Lys. XXI, 3 iudicare possumus, quo loco impendia huius muneris Prometheis facti duodecim minis aestimantur, deinde Aristoteles de gymnasiarchia eandem protulit sententiam ac de choregia[10]).

---

[1]) Rangab. l. c. tit. 999; Hermann. l. c. II, 58, 5; A. Mommsen l. c. 342.

[2]) C. I. A. II, 444—448; cf. Preller. l. c. II, 286; A. Mommsen l. c. p. 282. De Bendideis [cf. Platon. de re publ. I, 328 et schol.] parum cognovimus.

[3]) Xenoph. de vectig. IV, 52: οἵ τε ταχθέντες γυμνάζεςθαι πολὺ ἂν πολυτελέςτερον πράττοιεν τὰ ἐν τοῖς γυμναςίοις, τὴν τροφὴν ἀπολαμβάνοντες πλείω ἢ ἐν ταῖς λαμπάςι γυμναςιαρχούμενοι, de quo loco cf. Zurborg. ed. p. 34; C. I. A. II, 606, qui titulus ad medium saeculum quartum a Koehlero refertur: [Ξε]νοφῶν ε[ἶπε]ν· ἐ[ψηφίςθαι τοῖς τῆς Αἰαντίδος φυλῆς λαμπαδηφό]ροις, ἐπαινέ[ςαι — — — — τ]ὸν γυμναςίαρχο[ν] — ὅτι ἐςτὶν ἀνὴρ [ἀγαθὸς περὶ τοὺς λαμπαδηφόρους καὶ τὴν] Αἰαντίδα φυλήν. — Λαμπαδηφόροι· Ἀρίςτυλλος Ξενοκλείδης etc.; C. I. Gr. 257: λαμπάδα νικήςας γυμναςίαρχος; Andocid. IV, 42: καίτοι τυγχάνω νενικηκὼς — λαμπάδι; Is. VI, 60: „οὑτοςὶ δὲ Χαιρέςτρατος τηλικοῦτος ὢν τετριηράρχηκε, κεχορήγηκε δὲ τραγῳδοῖς, γεγυμναςιάρχηκε δὲ λαμπάδι“.

[4]) Cf. Hermann. Antiq. I, 161, 10.

[5]) Encyclop. Hall. s. v. „Palaestrik“ III, 9 p. 388 sq.

[6]) l. c. p. 41; cf. Boeckh. l. c. I, 612; 614; Schoemannus (Griech. Alterth. I, 487) lampadarchiam discernit a gymnasiarchia.

[7]) Leges, quas Aeschin. I, 12 reperias, quae est earum fides ac natura [cf. §. 10: „καὶ τοὺς διδαςκάλους τὰ διδαςκαλεῖα καὶ τοὺς παιδοτρίβας τὰς παλαίςτρας ἀνοίγειν μὲν ἀπαγορεύει μὴ πρότερον, πρὶν ἂν ὁ ἥλιος ἀνίςχῃ“ etc. et paulo post: „περὶ Ἑρμαίων ἐν ταῖς παλαίςτραις“ cum §. 12: „καὶ οἱ γυμναςιάρχαι τοῖς Ἑρμαίοις μὴ ἐάτωςαν ςυγκαθιέναι μηδένα τῶν ἐν ἡλικίᾳ τρόπῳ μηδενί“] in hac re diiudicanda omnino neglegi posse nemo, arbiror, infitias ibit.

[8]) Cf. Boeckh. l. c. I, 611 sq.

[9]) Xenoph. de re publ. Athen. I, 13 [cf. p. 84 n. 17]; de vectig. IV, 52 (n. 3).

[10]) Cf. p. 86 n. 1. Ceterum gymnasiarchus publice quodam modo adiutus est; cf. 84 n. 15.

Quamquam vero per tribus destinati sunt, qui choregia fungerentur, tamen minime eam subire officium fuisse, quod Athenienses tribubus praestarent, sed tribuum nomine in cunctam rem publicam exsequerentur, tenendum est; qua de re nequaquam dubitari licere arbitror, si non a singulis tribubus, sed ab universa civitate ludos editos esse, quibus choregia, de qua agimus[1]), fungenda erat, consideraveris. Accedit, quod quam dilucidissimis verbis sententia, quae modo prolata est, confirmatur Dem. XXXIX, 7: Πρῶτον μὲν γάρ, εἰ δεῖ τὰ κοινὰ τῶν ἰδίων εἰπεῖν πρότερον, τίν' ἡμῖν ἡ πόλις ἐπιτάξει τρόπον, ἄν τι δέῃ ποιεῖν; ἢ οἴσουσι νὴ Δία οἱ φυλέται τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ τοὺς ἄλλους. οὐκοῦν Μαντίθεον Μαντίου Θορίκιον οἴσουσί με, ἂν χορηγὸν ἢ γυμνασίαρχον ἢ ἑστιάτορα ἢ ἐάν τι τῶν ἄλλων φέρωσιν.

§. 6. Gymnasiarchiae[2]) liturgia, quo nomine etiam magistratus significatur, qui nescio quo tempore institutus praecipue imperatorum Romanorum aetate viguit[3]), Atheniensibus imperabatur Prometheis[4]), Vulcanalibus[5]), Panathenaeis[6]), Paneis[7]),

cf. C. I. A. III, 78 sqq.; 116; 117; Add. 82 a; Ἀρχαιολογ. ἐφ. 1862 τεύχ. θ'. p. 221 sq. ἀρ. 211; Plutarch. Sympos. I, 10.

[1]) Alius rationis choregia, Liberalibus minoribus praestanda, fuit; cum enim hi ludi non ab universa civitate celebrarentur, sed per pagos ad Liberi honorem ederentur, munera, quibus harum feriarum causa Athenienses obligabantur, iis non ut civibus totius rei publicae, sed ut paganis iniuncta sunt.

[2]) Cf. Boeckh. Oec. civ. Ath. I, 609 sqq.; Kraus. Encycl. Paul. II, 978 sqq., „Gymnast. und Agonist. d. Hellenen“ I, 1, 201—205 (cf. 181—201); Wolf. l. c. 92; Telfii Corp. iur. Attici n. 928—30; Schoemann. „Griech. Alterth.“ I, 487; G. Wachsmuth. l. c. II, 95; Wecklin. Hermae vol. VII p. 437 sqq. („Der Fackelwettlauf“); Themistocl. J. Olymp. in Ἀθην. V, 23 sqq.

[3]) Boeckh. l. c. I, 609 sq.; Hermann. l. c. I, 161, 10; III, 34, 6; 36, 17; Dittenberger. de ephebis Atticis p. 40.

[4]) Lys. XXI, 3; Isaei VII, 36.

[5]) Andocid. I, 132.

[6]) C. I. Gr. 251: γ]υμνασιαρχήσας Κεκρόπιδι φυλῇ [εἰς | Πα]ναθήναια τὰ μεγάλα; 252; 253; 254; Argum. II ad Dem. XXI; Boeckh. l. c. II, 762; Dittenberger l. c. p. 41.

[7]) Bekker. Anecd. 228, 11: γυμνασίαρχοι οἱ ἄρχοντες τῶν λαμπαδοδρομιῶν εἰς τὴν ἑορτὴν τοῦ Προμηθέως καὶ τοῦ Ἡφαίστου καὶ τοῦ Πανός, ὑφ' ὧν οἱ ἔφηβοι ἀλειφόμενοι κατὰ διαδοχὴν τρέχοντες ἧπτον τὸν βωμόν; Schol. Dem. LVII, 43, quod a Saccelione editum est in „Bulletin de correspondence Héllenique“ I (1877) p. 11: καὶ οὗτοι ἥγοντο λαμπαδοδρομίαν τὴν ἑορτὴν τῷ τε Προμηθεῖ καὶ τῷ Ἡφαίστῳ καὶ τῷ Πανὶ τοῦτον τὸν τρόπον· οἱ ἔφηβοι ἀλειψάμενοι παρὰ τοῦ γυμνασιάρχου κατὰ διαδοχὴν τρέχοντες ἧπτοντο τὸν βωμόν, καὶ ὁ πρῶτος ἅψας ἐνίκα καὶ ἡ τούτου φυλή; Schol. Aristoph. Ran. 131; 1108 (1114); Harpocrat. 189, 12; Suid. II, 1, 498, 4 sqq. = Phot. 205, 25 sqq.; Bekker. Anecd. 277, 22 sqq.

Lenaeis [1]), fortasse etiam Theseis et ludis funebribus [2]). Ubicumque accuratior de hoc munere mentio fit, ad ea tantum pertinet cursus certamina, in quibus cursores faces manibus tenuere [3]), qua ex re, praesertim cum omnibus, quae enumeratae sunt, feriis huius modi certamina facta esse constet [4]), Haasius [5]) ac Dittenbergerus [6]) hanc unam fuisse muneris speciem optimo iure colligere videntur [7]).

De gymnasiarchi officiis [8]) id unum certo licet statuere, qui versari volebant in certaminibus, iis et mercedem et alimenta illum praebuisse [9]), sed, quae praeterea eum praestitisse grammatici contendunt, in coniecturis plus minusve probabilibus sunt posita; quanta vero pecunia in hoc munere conlocanda fuerit, ex Lys. XXI, 3 iudicare possumus, quo loco impendia huius muneris Prometheis facti duodecim minis aestimantur, deinde Aristoteles de gymnasiarchia eandem protulit sententiam ac de choregia [10]).

---

[1]) Rangab. l. c. tit. 999; Hermann. l. c. II, 58, 5; A. Mommsen l. c. 342.

[2]) C. I. A. II, 444—448; cf. Preller. l. c. II, 286; A. Mommsen l. c. p. 282. De Bendideis [cf. Platon. de re publ. I, 328 et schol.] parum cognovimus.

[3]) Xenoph. de vectig. IV, 52: οἵ τε ταχθέντες γυμνάζεσθαι πολὺ ἂν πολυτελέστερον πράττοιεν τὰ ἐν τοῖς γυμνασίοις, τὴν τροφὴν ἀπολαμβάνοντες πλείω ἢ ἐν ταῖς λαμπάσι γυμνασιαρχούμενοι, de quo loco cf. Zurborg. ed. p. 34; C. I. A. II, 606, qui titulus ad medium saeculum quartum a Koehlero refertur: [Ξε]νοφῶν ε[ἶπε]ν· ἐ[ψηφίσθαι τοῖς τῆς Αἰαντίδος φυλῆς λαμπαδηφό]ροις, ἐπαινέ[σαι — — — — τ]ὸν γυμνασίαρχο[ν] — ὅτι ἐστὶν ἀνὴρ [ἀγαθὸς περὶ τοὺς λαμπαδηφόρους καὶ τὴν] Αἰαντίδα φυλήν. — Λαμπαδηφόροι· Ἀρίστυλλος Ξενοκλείδης etc.; C. I. Gr. 257: λαμπάδα νικήσας γυμνασίαρχος; Andocid. IV, 42: καίτοι τυγχάνω νενικηκὼς — λαμπάδι; Is. VI, 60: „οὑτοσὶ δὲ Χαιρέστρατος τηλικοῦτος ὢν τετριηράρχηκε, κεχορήγηκε δὲ τραγῳδοῖς, γεγυμνασιάρχηκε δὲ λαμπάδι“.

[4]) Cf. Hermann. Antiq. I, 161, 10.

[5]) Encyclop. Hall. s. v. „Palaestrik“ III, 9 p. 388 sq.

[6]) l. c. p. 41; cf. Boeckh. l. c. I, 612; 614; Schoemannus (Griech. Alterth. I, 487) lampadarchiam discernit a gymnasiarchia.

[7]) Leges, quas Aeschin. I, 12 reperias, quae est earum fides ac natura [cf. §. 10: „καὶ τοὺς διδασκάλους τὰ διδασκαλεῖα καὶ τοὺς παιδοτρίβας τὰς παλαίστρας ἀνοίγειν μὲν ἀπαγορεύει μὴ πρότερον, πρὶν ἂν ὁ ἥλιος ἀνίσχῃ“ etc. et paulo post: „περὶ Ἑρμαίων ἐν ταῖς παλαίστραις“ cum §. 12: „καὶ οἱ γυμνασιάρχαι τοῖς Ἑρμαίοις μὴ ἐάτωσαν συγκαθιέναι μηδένα τῶν ἐν ἡλικίᾳ τρόπῳ μηδενί“] in hac re diiudicanda omnino neglegi posse nemo, arbiror, infitias ibit.

[8]) Cf. Boeckh. l. c. I, 611 sq.

[9]) Xenoph. de re publ. Athen. I, 13 [cf. p. 84 n. 17]; de vectig. IV, 52 (n. 3).

[10]) Cf. p. 86 n. 1. Ceterum gymnasiarchus publice quodam modo adiutus est; cf. 84 n. 15.

Denique quamvis etiam gymnasiarchi a tribubus designati sint[1]), tamen eadem de hoc munere valent, quae paulo ante de choregia dixi[2]).

§. 7. Inter munera sollemnia fuit etiam cenas dare tribulibus [ἑςτίαςις][3]), quae liturgia, distinguenda ab epulis sumptu publico factis[4]), Atheniensibus compluribus feriis, velut Liberalibus, Panathenaeis[5]), Thesmophoriis[6]) suscipienda erat; quam ad rem Boeckhius bina milia civium in singulis tribubus ponens conscripta esse et impendia ad singulos tribules spectantia binis censeri posse obolis, quam pecuniam ea, quae re vera impensa sit, potius minorem esse quam maiorem idem suspicatur, septingentas fere drachmas eum consumpsisse existimat, qui ad hanc liturgiam sit adstrictus[7]).

Restat, ut accuratius tractem de natura huius muneris; nam quisquis Boeckhii verba (l. c. I, 616) legerit: »Die Gastmahle, welche vermöge dieser Liturgie bestritten wurden, sind verschieden von den grossen Volkspeisungen, deren Kosten die Theorikencasse trug; bloss Gastmahle an den Stammfesten (φυλετικὰ δεῖπνα), eingeführt aus heiligen Zwecken und zur Erhaltung einer freundschaftlichen Gemeinschaft unter den Bürgern des Stammes« et Schoemanni (Griech. Alterth. I, 488): »Auch innerhalb der einzelnen Phylen und Demen fanden Liturgien statt, und zwar theils Speisung der Phyleten oder der Demoten

---

[1]) Demosth. XXXIX, 7; schol., quod ad Dem. IV, 36 a Saccelione est editum l. c. p. 11; Argum. II ad Dem. XXI; Isaei VII, 36.

[2]) De gymnasiarchia, quae imperatorum Romanorum temporibus fuit, cf. C. I. A. III, 107—111; 118; 122—124; 658; 659; 721; 722; 747; 1085; 1091 sq.; 1156 sq.; 1124; 1275; 1281 (cf. etiam 104—106).

[3]) Ἀθην. I p. 403 vs. 15:

ἑςτιάτωρ κατὰ τὰ πάτρια
Τειςάνωρ Ἡρακλείδου Ἰφιςτιάδ(ης).

Schol. Dem. 465, 28: ἑςτιάτωρ δὲ ὁ τὴν φυλὴν εἰς δεῖπνα καλῶν; Harpocr. 137, 7 sqq.; Aristot. Oec. civ. II, 2, 4, 2 (p. 52 n. 2) voce φυλαρχεῖν haec liturgia significari videtur; Boeckh. l. c. I, 616; Hermann. l. c. I, 161, 12; Telfii Corporis iuris Attici 931; 932; Westermann. Encycl. Paul. III, 1278.

[4]) Boeckh. l. c. I, 616; itaque in Hermanni Antiq. I, 170, 16, ubi de huius solum generis epulis agitur, sententia: »[Ἑςτιάτορες sind neben χορηγοί, γυμναςίαρχοι als gleichstehend οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας λειτουργοῦντες]« non suo loco posita est.

[5]) Schol. Dem. XX, 21, quod Saccelio edidit l. c. 147: ἑςτιάτορες οἱ τὰς φυλὰς ἐν τοῖς Διονυςίοις καὶ Παναθηναίοις τρέφοντες.

[6]) Isaei III, 80.

[7]) Cf. Wolf. l. c. 92.

bei festlichen Gelegenheiten (ἑστιάσεις)«, theils Choregie und Gymnasiarchie bei den in den Demen gefeierten Festspielen (cf. verba sequentia: »Zu den Liturgien, wenigstens zu denen, die für den ganzen Staat zu leisten waren etc.«)[1]), liturgiam, de qua agitur, in ea referendam esse officia, quae a sua cuique tribu ex ipsius auctoritate imposita sint, non in ea, quibus in cunctam civitatem Athenienses sint obligati, nihilque propterea attinere ad ipsam rem publicam putabit. Qua opinione nihil falsius esse mihi quidem est persuasum.

Primum enim, quidquid de choregia atque gymnasiarchia valebat, idem pertinuisse ad munus cenae tribulium causa exornandae duobus praecipue Demosthenis locis demonstratur: XXXIX, 7: »τίν' ἡμῖν ἡ πόλις ἐπιτάξει τρόπον, ἄν τι δέῃ ποιεῖν; ἢ οἴσουσι νὴ Δία οἱ φυλέται τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ καὶ τοὺς ἄλλους. οὐκοῦν Μαντίθεον Μαντίου Θορίκιον οἴσουσί με, ἂν χορηγὸν ἢ γυμνασίαρχον ἢ ἑστιάτορα ἢ ἐάν τι τῶν ἄλλων φέρωσιν«; XX, 21: πόσοι δήποτ' εἰσὶν οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας λειτουργοῦντες, χορηγοὶ καὶ γυμνασίαρχοι καὶ ἑστιάτορες; choregiam autem et gymnasiarchiam, etsi onus earum per tribus in cives distribuebatur, officia fuisse, quae universa res publica Atheniensibus imperabat, et ex iis, quae disserui, cum de choregia agebam, et ex hocce consequitur eiusdem oratoris loco: XXI, 13: »ἐπειδὴ γὰρ οὐ καθεστηκότος χορηγοῦ τῇ Πανδιονίδι φυλῇ τρίτον ἔτος τουτί, παρούσης δὲ τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τὸν ἄρχοντα ἐπικληροῦν ὁ νόμος τοῖς χοροῖς τοὺς αὐλητὰς κελεύει, λόγων καὶ λοιδορίας γιγνομένης, καὶ κατηγοροῦντος τοῦ μὲν ἄρχοντος τῶν ἐπιμελητῶν τῆς φυλῆς, τῶν δ' ἐπιμελητῶν τοῦ ἄρχοντος, παρελθὼν ὑπεσχόμην ἐγὼ χορηγήσειν ἐθελοντής«. Quamvis hac iam deliberatione et loco, quem modo attuli, Dem. XXXIX, 7 [»τίν' ἡμῖν ἡ πόλις ἐπιτάξει, ἄν τι δέῃ ποιεῖν«], liturgia, de qua tractamus, ut choregia atque gymnasiarchia, Athenienses functos esse non ut tribules, sed ut cives totius rei publicae effici putem, tamen duo etiam prolaturus sum argumenta, quibus hoc iudicium haud dubium relinquatur. Primum enim cum oratione Leptinea de ea tantum ageretur immunitate, quae a cuncta re publica et civibus et pere-

---

[1]) Cf. Antiqu. p. 326: »neque publicae solum h. e. quae universae civitati praestarentur, sed etiam quae tribubus atque pagis singulis, veluti quum epulo tribules aut pagani excipiebantur, aut chori gymnicave certamina paganalibus ludis adornabantur«.

grinis concedebatur[1]), itaque ne ullo quidem loco orator mentionem fecisset de officiis in tribus pagosve praestandis, profecto, si cenae pro tribulibus instituendae non ab universa civitate imperatae essent, permirum nobis accideret, cur Demosthenes, contradicturus Leptini, qui immunitate sublata contenderat futurum esse, ut multo augeretur eorum numerus, qui munera in rem publicam servarent, illorum quoque rationem habuisset (§. 20: cκεψώμεθα δὴ τί τοῦτο τῇ πόλει, ἐὰν ἅπαντες οὗτοι λειτουργῶcιν — §. 21: πόcοι δήποτ' εἰcίν οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας λειτουργοῦντες, χορηγοὶ καὶ γυμναcίαρχοι καὶ ἑcτιάτορες;)[2]). Deinde si non ad totam civitatem[3]) hoc munus spectasset, cur Demosthenem de muneribus in rem publicam factis gloriantem etiam de epulis tribulium causa apparatis praedicasse existimares? [Dem. XXI, 156 (cf. 154 sqq.; 151; 153): τί ἔτι; εἱcτίακα τὴν φυλὴν ἐγὼ καὶ Παναθηναίοις κεχορήγηκα][4]).

Neque vero de Thesmophoriis — quibus cum cenas faciendas fuisse compertum habeamus, refelluntur simul Boeckhii verba „bloss Gastmahle an den Stammfesten“ — eam, quae Schoemanno[5]) placuit, sententiam amplecti neque, cum feriae illae publicae, non paganorum tribuliumve fuerint, Athenienses munus illud his diebus festis suscipientes officium exsecutos esse in universam rem publicam negare possumus. Locum enim, quem ad stabiliendam opinionem ille vir doctus protulit, equidem non ita comparatum esse arbitor, quo persuadeatur nobis recte se habere hoc iudicium: nam Isaei III, 80: „καὶ ἐν τῷ δήμῳ κεκτημένος τὸν τριτάλαντον οἶκον, εἰ ἦν γεγαμηκώς, ἠναγκάζετο ἂν ὑπὲρ τῆς

---

[1]) Cf. §. 2; 3; 14; 24; 25 sqq.; 96; 97; 103; 115; 125; 133; ac praecipue 129 sq.; ceterum de tribuum pagorumve immunitatibus non in cuncti Atheniensium populi contionibus actum esse ex eo patet, quod suis quaeque societas utebatur legibus; cf. Hermann. Antiqu. I, 122, 16; III; 69, 10 (cf. 9).

[2]) De tota solum civitate agi cognoscas ex §§. 4, 26; 28; 96; 97; 103; 120; 122; 132; 154; 164.

[3]) Cf. etiam Aristot. Ethic. Nicom. IV, 2, 11 [= 1122 b, 19 sqq.]: ἔcτι δὲ τῶν δαπανημάτων, οἷα λέγομεν τὰ τίμια, οἷον τὰ περὶ θεοὺς ἀναθήματα καὶ κατασκευαὶ καὶ θυσίαι, ὁμοίως δὲ καὶ ὅσα περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον, καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν εὐφιλοτίμητά ἐστιν, οἷον εἴ που χορηγεῖν οἴονται δεῖν λαμπρῶς ἢ τριηραρχεῖν, ἢ καὶ ἑστιᾶν τὴν πόλιν.

[4]) Verum Tittmannus l. c. p. 297 iam suspicatus est dicens: „Nach Phylen und von Phylen wurden die Hestiatores gewählt, deren Pflicht, unter die Liturgien gerechnet, auf allgemeine Feste, nicht blos auf Mahle der Phyle sich bezogen zu haben scheint.“

[5]) ll. cc. et Isaei edit. p. 265 et „Griech. Alterth.“ II, 483 sq.

γαμετῆς γυναικὸς καὶ Θεσμοφόρια[1]) ἑστιᾶν τὰς γυναῖκας, καὶ τἆλλα, ὅσα προσῆκε λειτουργεῖν ἐν τῷ δήμῳ ὑπὲρ τῆς γυναικὸς ἀπό γε οὐσίας τηλικαύτης“ non est, cur voces „ἐν τῷ δήμῳ“ interpretemur „in pago“, sed ut permultis aliis locis, ita hoc quoque loco vocabula illa ad cunctam rem publicam pertinent: cf. e. gr. C. I. A. II, 331 vs. 60 sqq.: καὶ τὰς ἄλλας δὲ πάσας λειτουργίας λελειτούργηκεν φιλοτίμως καὶ ὅσαι ἐπιδόσεις γεγόνασιν ἐν τῷ δήμῳ πασῶν μετέσχηκεν; Isaei V, 37: εἰσφορῶν τοίνυν τοσούτων γεγενημένων πᾶσι τοῖς πολίταις εἰς τὸν πόλεμον καὶ τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως Δικαιογένης οὐκ ἔστιν ἥντινα εἰσενήνοχε· πλὴν ὅτε Λέχαιον ἑάλω, κληθεὶς ὑπὸ ἑτέρου ἐπέδωκεν ἐν τῷ δήμῳ τριακοσίας δραχμάς, ἔλαττον ἢ Κλεώνυμος ὁ Κρής; Aeschin. III, 38; Andocid. I, 11; Dem. XXI, 16; 18; XXII, 61; LIX, 27; XIX, 292; L, 6; XXIV, 134; Lysiae XIII, 32; XXIX, 12; Hyperid. III, 35, 12; Din. II, 16; 17; Isaei XII, 48; tituli, qui a Schaefero editus est Mus. Rhen. XXXIII (1878) 418 sqq. (= Ἀθην. VI, 152 sq.; cf. Hartel. l. c. p. 96 sqq. aliisque locis; Curtii disputat., quae inserta est Bursiani ephemerid. VI (1878) p. 28) vs. 53 sqq.; Harpocr. s. v. προβολή; qua cum dictione conferas „ἐν ὑμῖν“ Dem. XXII, 49 (= XXIV, 160): ψηφίσματα δ' εἶπεν ἐν ὑμῖν δεινὰ καὶ παράνομα; — Din. II, 15: ὅταν γὰρ ἄνθρωπος γνώριμον καὶ φανερὰν καὶ περιβόητον τὴν πονηρίαν παρὰ πᾶσι τοῖς πολίταις ἔχων ἐν ὑμῖν δημηγορῇ, τότε τοὺς ἀκούοντας ὑμᾶς οἱ περιεστηκότες θαυμάζουσι. Quae cum ita sint, ne alio quidem Isaei loco [II, 42]: „ἡνίκα μὲν ὁ Μενεκλῆς εἶχέ τι, τότε μὲν ἔδωκα ἐμαυτὸν υἱὸν αὐτῷ ποιήσασθαι, καὶ ἀπὸ τῆς οὐσίας τῆς ἐκείνου, πρὶν πραθῆναι τὸ χωρίον, ἐγυμνασιάρχουν ἐν τῷ δήμῳ καὶ ἐφιλοτιμήθην ὡς υἱὸς ὢν ἐκείνου, καὶ τὰς στρατείας, ὅσαι ἐγένοντο ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ, ἐστράτευμαι ἐν τῇ φυλῇ τῇ ἐκείνου καὶ ἐν τῷ δήμῳ —, ut Schoemannus opinatus est[2]), uti nos licet, quo in pagis quoque munus fuisse gymnasiarchiae certo demonstremus.

---

[1]) Si haec Thesmophoria paganos tantum celebravisse statueres, mirum videretur, cur orator nullam faceret mentionem de liturgiis, quae pro feminis rei publicae praestandae erant.

[2]) Isaei edit. p. 221; Piraeei etiam fanum fuit Proserpinae, quae Θεσμοφόρος nominabatur, quo non Thesmophoriorum, sed Scirorum quoque feriis feminae huius pagi convenire solebant (C. I. A. II, 573 *b*) [parte II. saec. IV]

[ἐπιμελεῖσθαι — — τὸν δήμαρχον]
[μετὰ] τῆς ἱερείας [τὸν ἀεὶ δήμαρχ-]
[οῦ]ντα τοῦ Θεσμοφορίου, [ὅπως ἂν μ-]
[ηδ]εὶς ἀφέτους ἀφιεῖ — —

Neque illud concedendum puto, per pagos Thesmophoriis, quoad scimus, unis (cf. Dem. XXXIX, 7 sqq.) munere epularum instituendarum Athenienses functos esse. Unum argumentum, quo haec sententia comprobetur, inde sumi possit, quod Isaei VIII, 19: αἵ τε γυναῖκες αἱ τῶν δημοτῶν μετὰ ταῦτα προὔκριναν αὐτὴν μετὰ τῆς Διοκλέους γυναικὸς τοῦ Πιτθέως ἄρχειν εἰς τὰ θεσμοφόρια καὶ ποιεῖν τὰ νομιζόμενα μετ' ἐκείνης binas per pagos Athenienses creavisse accepimus mulieres, quae praeessent Thesmophoriis instituendis (cf. §. 20); sed quamquam ex singulis pagis feminae eligebantur, quae, ut pagorum archontes in Panathenaeorum pompa [1]), omnia administrarent, quibus opus erat in illis, nihil tamen obstat, quominus per tribus destinatas esse suspicemur, quae feminis epulas pararent [2]).

Quod denique Isaei III, 80 pagani testes citantur, non in eo positum est, quod de munere agitur ad illos tantum spectante, sed in eo potius, quod, quo angustior erat societas eorum, quos aliquis testificabatur, eo certius eorundem exstitit testimonium ac praecipue hoc quidem loco, quo, num Phylae matrem Pyrrhus uxorem adsumpsisset necne, ostendi necesse esset [3]).

Itaque fidenti animo id statui licere existimo, munus cenae feriis publicis pro tribulibus faciendae eiusdem rationis fuisse atque choregiam et gymnasiarchiam neque ex sua ipsarum auctoritate, sed nomine tantum totius rei publicae a singulis tribubus civibus

---

μηδὲ τὸ μέγαρ-
ον προσίωσιν ἄνευ τῆς ἱερέας, [ἀλ-]
λ' ἢ ὅταν ἡ ἑορτὴ τῶν θεσμοφορίων
καὶ πληροσίαι καὶ καλαμαίοις κ-
αὶ τὰ σκίρα καὶ εἴ τινα ἄλλην ἡμέ-
ραν συνέρχονται αἱ γυναῖκες κα-
τὰ τὰ πάτρια;

cf. Preller. »De Cerere ac Proserpina«, Hamburg. 1837 p. 340 n. 24.

[1]) Schol. Arist. nub. 37: δάκνει με δήμαρχος] — οὗτοι δὲ τὴν πομπὴν τῶν Παναθηναίων ἐκόσμουν, Κλεισθένους καταστήσαντος ἀντὶ ναυκράρων· ἔστι δὲ δήμαρχος ὁ τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἄρχων; Suid. I, 1, 1243, 7 sqq.: — οὗτοι οἱ κατὰ δῆμον ἄρχοντες· οὗτοι δὲ διεκόσμουν τὴν ἑορτὴν τὴν Παναθηναίων; cf. Tittmann. l. c. p. 298.

[2]) Sine ullo argumento testimoniove Schoemannus (Gr. Alterth. II, 483; 484; cf. Isaei edit. p. 265) alios grammaticos secutus feminas, quae cenam instruxerint, easdem fuisse contendit atque eas, quibus mandatum sit, ut sollemnibus consulerent.

[3]) Isaei VI, 10 sq.; 64; Lys. XX, 23: πρῶτον μὲν γὰρ ὅσων οὐδεμιᾶς στρατείας ἀπελείφθη, ἀλλ' ἐστρατεύετο, ὡς συνειδότες ἂν εἴποιεν οἱ δημόται.

impositum esse rectissimeque Hermannum l. c. I, 122 dicere: Die Wichtigkeit der Phylen besteht ungleich mehr in dem Massstabe, den ihre Anzahl für die Vertheilung öffentlicher Aemter und Geschäfte abgibt, als dass ihre körperschaftliche Thätigkeit oder der Einfluss ihrer Vorsteher über die Sorge für die jährlichen Choregien und ähnliche Leistungen hinausgegangen zu sein schiene« et n. 3: »Siehe φυλετικὰ δεῖπνα und Aehnliches §. 161«.

§. 8. Aliud civium Atheniensium munus sollemne fuit legationes administrare (ἀρχιθεωρία)[1], quae in ludos Olympiacos, Isthmios[2], Pythios[3], Delios[4] et maiores et minores[5] aliosque huius generis[6], aut oraculo edito extra ordinem aliquo velut Dodonam[7])

---

[1]) Boeckh. l. c. I, 300 sq.; Hermann. l. c. I, 161, 11; II, 31, 22; Wolf. Prol. 90 *t*; libellum, quem Meierus de hac re composuit atque Hermannus l. c. commemorat, inspicere non potui; Schoemann. Gr. Alterth. II, 53 sq.; Telfii Corp. iur. Att. n. 933—34; Ἀθην. I p. 403 vs. 13:

ἀρχιθεωρὸς κατὰ τὰ πάτρια.
Ἀγαθοκλῆς Ἀγαθοκλέους Αἰξωεύς —

Bekker. Anecd. 199, 17 (cf. Etym. magn. 151, 32 sqq): ἀρχιθεωρός ἐστιν ὁ ἡγούμενος τῶν θεωρῶν· θεωροὶ δέ εἰσιν οἱ τὴν θεωρίαν φέροντες τοῖς θεοῖς εἰς τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀγῶνας καὶ ὑπὲρ τῶν πατρίων θύοντες, cf. 450, 6; »Λέξεων μεθ' ἱστοριῶν« quas edidit Sacoelio l. c. p. 150: ἀρχιθεωρὸς ὁ τῶν ἱερῶν θυσιῶν ἄρχων καὶ τῶν πομπῶν ἐπιμελούμενος; cf. Schol. Dem. 552, 11 (XXI, 115); Platon. leg. XII, 947 *A*.

[2]) Andoc. I, 132; Din. I, 81; Plutarch. vit. LIX, 11, 1; Dem. XXI, 115; Thucyd. VIII. 10.

[3]) Plutarch. vit. LIX, 11, 1.

[4]) Thucyd. III, 104, 3; Xenoph. Mem. IV, 8, 2; Plutarch. vit. XXXVIII, 3, 5.

[5]) Cf. Boeckh. l. c. II, 94.

[6]) Ἀθην. VI, 369 (tit. inferioris quidem aetatis, sed antecedentis temporibus, cum Romani Graecia iam sint potiti):

Ὁ δῆμος ὁ Θηβαίων	(Ὁ δῆμος ὁ Ὀρχομενίων)	(Ὁ δῆμος ὁ Θεσπιέων)
ἀρχιθεωρὸν εἰς Ἡράκλει-α παραγε-νομεν-ον	εἰς Ἀγρι-ώνια πα-ραγενό-νενον	εἰς Μο[υ-σεῖα π[α-ραγεν[όμ-ενο[ν]

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος
πομπο-
στολήσαν-
τα Διονυσίοις;

C. I. A. II, 490 (tit. inferioris aetatis) de legationibus agitur Thespias missis.

[7]) Hyperid. III, 30, 24 sqq.: ὑμῖν γὰρ ὁ Ζεὺς ὁ Δωδωναῖος προς-

mittebantur. Quamvis vero ad sustinenda huius liturgiae impendia res publica pecuniam daret[1]) et compararet vasa, quae in pompis gestarentur[2]), tamen haud exiguae pecuniae fuerunt, quas is ipse consumebat, cui hoc munus erat iniunctum: nam ut alia omittam, et sui ipsius, ut legationis principis, et chori, qui una cum legatis mittebatur[3]), ornatus curae ei fuit[4]). Cuius rei sumptus magnitudo eo difficilius accurate potest definiri, cum uno, qui ad rem valeat, loco, Lysiae XXI, 5, qui orationem habuit, in universum tradatur in hac liturgia, arrhephoria, aliisque huius modi muneribus plus conlocasse triginta minis.

Qui hanc liturgiam subirent, archontem veri simile est designasse, cui cognomen βαcιλεύc erat[5]).

§. 9. Iam de reliquis liturgiis minus notis minorisque momenti pauca sum expositurus, priusquam quaestionem de huius speciei civium Atheniensium officiis absolvam.

Ad promunturium Sunium quinto quoque anno[6]) et in Piraeeo[7])

ἔταξεν ἐν τῇ μαντείᾳ τὸ ἄγαλμα τῆc Διώνηc ἐπικοcμῆcαι καὶ ὑμεῖc πρόcωπόν τε ποιηcάμενοι ὡc οἷόν τε κάλλιcτον καὶ τἆλλα πάντα τὰ ἀκόλουθα καὶ κόcμον πολὺν καὶ πολυτελῆ τῇ θεῷ παραcκευάcαντεc καὶ θεωρίαν καὶ θυcίαν πολλῶν χρημάτων ἀποcτείλαντεc ἐπεκοcμήcατε τὸ ἕδοc τῆc Διώνηc.

[1]) Boeckh. l. c. II, 95 (§. 5): Ἀρχιθεωροῖc Τ —

[2]) Andocid. IV, 29: τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχιθεωρῶν αἰτηcάμενοc ὡc εἰc τἀπινίκια τῇ προτεραίᾳ τῆc θυcίαc χρηcόμενοc ἐξηπάτηcε καὶ ἀποδοῦναι οὐκ ἤθελε, βουλόμενοc τῇ ὑcτεραίᾳ πρότεροc τῆc πόλεωc χρήcαcθαι τοῖc χρυcοῖc χερνιβίοιc καὶ θυμιατηρίοιc· ὅcοι μὲν οὖν τῶν ξένων μὴ ἐγίγνωcκον ἡμέτερα ὄντα, τὴν πομπὴν τὴν κοινὴν ὁρῶντεc ὑcτέραν οὖcαν τῆc Ἀλκιβίαδου τοῖc τούτου πομπείοιc χρῆcθαι ἐνόμιζον ἡμᾶc etc.

[3]) Xenoph. Mem. III, 3, 12 (cf. p. 97 n. 4) et Thucyd. III, 104, 6: ὕcτερον δὲ τοὺc μὲν χοροὺc οἱ νηcιῶται καὶ οἱ Ἀθηναῖοι μεθ' ἱερῶν ἔπεμπον (scil. εἰc Δῆλον), τὰ δὲ περὶ ἀγῶνοc καὶ τὰ πλεῖcτα κατελύθη ὑπὸ cυμφορῶν, ὡc εἰκόc, πρὶν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι τότε τὸν ἀγῶνα ἐποίηcαν καὶ ἱπποδρομίαc, ὃ πρότερον οὐκ ἦν.

[4]) Plutarch. vit. XXXVIII, 3. 5: ἅμ' ἡμέρᾳ τήν τε πομπὴν τῷ θεῷ καὶ τὸν χορὸν ἄγων κεκοcμημένον πολυτελῶc καὶ ᾄδοντα διὰ τῆc γεφύραc ἀπεβίβαζε (scil. Νικίαc), cf. §. 4.

[5]) Cf. Dem. XXXIX, 9: τί δέ, ἂν ἄλλη τιc ἀρχὴ καθιcτῇ εἰc λειτουργίαν, οἷον ἄρχων βαcιλεὺc, ἀθλοθέται, τί cημεῖον ἔcται, πότερον καθιcτᾶcιν;

[6]) Herod. VI, 87: καὶ ἦν γὰρ δὴ τοῖcι Ἀθηναίοιcι πεντετηρὶc ἐπὶ Σουνίῳ, λοχήcαντεc ὦν τὴν θεωρίδα νέα εἷλον πλήρεα ἀνδρῶν τῶν πρώτων Ἀθηναίων; cf. Schoemann. opusc. I, 315.

[7]) Plutarch. vit. X, 32, 5: ὁ cὸc δὲ τύμβοc ἐν καλῷ κεχωcμένοc
τοῖc ἐμπόροιc πρόcρηcιc ἔcται πανταχοῦ,
οὓc ἐκπλέοντάc τ' εἰcπλέοντάc τ' ὄψεται,
χὠπόταν ἅμιλλ' ᾖ τῶν νεῶν, θεάcεται.

triremibus certabatur, cuius muneris impensa Lysiae XXI, 5 quindecim minis aestimata est[1]).

Compluribus feriis, velut Panathenaeis[2]) et (posteriore quidem aetate) Theseis certamina fiebant εὐανδρίας[3]), quam optime, ut puto, Hesychius [E 6712] καλὴν ἰσχύν intellexit[4]); quae res, cum adhuc obscurior fuerit ac dubia, inscriptionibus, quae a Koehlero C. I. A. II, 444—448 editae sunt et ad ludos Theseos pertinent, iam inlustratur atque explanatur. Cum enim Meierus viros tantum interfuise illis certaminibus contendisset, Sauppius, Valesii coniecturam partim probaturus, etiam ad senes (θαλλοφόρους) atque ad pueros ea pertinuisse[5]) demonstrare conatus est, quam opinionem eo existimavit confirmari, quod in inscriptione, de qua egit, panathenaica positum esset:

εὐανδρίᾳ
φυλῇ νικώσῃ βοῦς
H φυλῇ νικώσῃ βοῦς.

Sed, ut ex eius ipsius sententia, cum et pueros et viros et senes statuerit in illis ludis certavisse, de trium tribuum praemiis mentionem fieri nos exspectare omittam, titulis, quos attuli, accuratius perpensis verior, quod equidem cognoscam, cum huius loci, tum totius rei invenietur explicatio. Legimus C. I. A. II, 446 col. *a*, 44 sqq.:

τῶν ἐπιλέκτω[ν εὐ]αν[δρ]ίᾳ·
φυλὴ ἐνίκα Ἀτταλὶς ταξια[ρχοῦ]ντος
[Τι]μοκλέους τοῦ Τιμοκλέους Ἁ[γν]ουσίου.

---

[1]) Idem certaminum genus fortasse significatur inscriptionis panathenaicae, quam Sauppius tractavit (l. c.), vs. 28 νεῶν ἁμίλλης. Cf. quae Sauppius p. 10 disserit.

[2]) Cf. Saupp. de inscriptione panath. p. 2; Bekkeri Anecd. 257, 13 sqq.; Harpocr. 139, 3.

[3]) Andoc. IV, 42: περὶ δὲ τῶν λειτουργιῶν οὐκ ἀξιῶ μεμνῆσθαι πλὴν κατὰ τοσοῦτον, ὅτι τὰ προσταττόμενα δαπανῶ οὐκ ἀπὸ τῶν κοινῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἰδίων· καίτοι τυγχάνω νενικηκὼς εὐανδρίᾳ; cf. Boeckh. l. c. I, 597 *g*; Saupp. l. c. p. 8 sqq.; Meier. opusc. I, 341—343; Schoemann. Griech. Alterth. II, 469 sq.; Hermann. l. c. II, 54, 31.

[4]) Xenoph. Mem. III, 3, 12: Ἦ τόδε οὐκ ἐντεθύμησαι, ὡς, ὅταν γε χορὸς εἷς ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως γίγνηται, ὥσπερ ὁ εἰς Δῆλον πεμπόμενος, οὐδεὶς ἄλλοθεν οὐδαμόθεν τούτῳ ἐφάμιλλος γίγνεται οὐδὲ εὐανδρία ἐν ἄλλῃ πόλει ὁμοία τῇ ἐνθάδε συνάγεται; Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη. Ἀλλὰ μὴν οὔτε εὐφωνίᾳ τοσοῦτον διαφέρουσιν Ἀθηναῖοι τῶν ἄλλων οὔτε σωμάτων μεγέθει καὶ ῥώμῃ, ὅσον φιλοτιμίᾳ.

[5]) Contra hanc opinionem Rangabis iam disputavit l. c. II p. 671.

mittebantur. Quamvis vero ad sustinenda huius liturgiae impendia res publica pecuniam daret[1]) et compararet vasa, quae in pompis gestarentur[2]), tamen haud exiguae pecuniae fuerunt, quas is ipse consumebat, cui hoc munus erat iniunctum: nam ut alia omittam, et sui ipsius, ut legationis principis, et chori, qui una cum legatis mittebatur[3]), ornatus curae ei fuit[4]). Cuius rei sumptus magnitudo eo difficilius accurate potest definiri, cum uno, qui ad rem valeat, loco, Lysiae XXI, 5, qui orationem habuit, in universum tradatur in hac liturgia, arrhephoria, aliisque huius modi muneribus plus conlocasse triginta minis.

Qui hanc liturgiam subirent, archontem veri simile est designasse, cui cognomen βαcιλεύc erat[5]).

§. 9. Iam de reliquis liturgiis minus notis minorisque momenti pauca sum expositurus, priusquam quaestionem de huius speciei civium Atheniensium officiis absolvam.

Ad promunturium Sunium quinto quoque anno[6]) et in Piraeeo[7])

ἔταξεν ἐν τῇ μαντείᾳ τὸ ἄγαλμα τῆc Διώνηc ἐπικοcμῆcαι καὶ ὑμεῖc πρόcωπόν τε ποιηcάμενοι ὡc οἷόν τε κάλλιcτον καὶ τἆλλα πάντα τὰ ἀκόλουθα καὶ κόcμον πολὺν καὶ πολυτελῆ τῇ θεῷ παραcκευάcαντεc καὶ θεωρίαν καὶ θυcίαν πολλῶν χρημάτων ἀποcτείλαντεc ἐπεκοcμήcατε τὸ ἕδοc τῆc Διώνηc.

[1]) Boeckh. l. c. II, 95 (§. 5): Ἀρχιθεωροῖc Τ —

[2]) Andocid. IV, 29: τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχιθεωρῶν αἰτηcάμενοc ὡc εἰc τἀπινίκια τῇ προτεραίᾳ τῆc θυcίαc χρηcόμενοc ἐξηπάτηcε καὶ ἀποδοῦναι οὐκ ἤθελε, βουλόμενοc τῇ ὑcτεραίᾳ πρότεροc τῆc πόλεωc χρῆcαcθαι τοῖc χρυcοῖc χερνιβίοιc καὶ θυμιατηρίοιc· ὅcοι μὲν οὖν τῶν ξένων μὴ ἐγίγνωcκον ἡμέτερα ὄντα, τὴν πομπὴν τὴν κοινὴν ὁρῶντεc ὑcτέραν οὖcαν τῆc Ἀλκιβίαδου τοῖc τούτου πομπείοιc χρῆcθαι ἐνόμιζον ἡμᾶc etc.

[3]) Xenoph. Mem. III, 3, 12 (cf. p. 97 n. 4) et Thucyd. III, 104, 6: ὕcτερον δὲ τοὺc μὲν χοροὺc οἱ νηcιῶται καὶ οἱ Ἀθηναῖοι μεθ' ἱερῶν ἔπεμπον (scil. εἰc Δῆλον), τὰ δὲ περὶ ἀγῶνοc καὶ τὰ πλεῖcτα κατελύθη ὑπὸ cυμφορῶν, ὡc εἰκόc, πρὶν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι τότε τὸν ἀγῶνα ἐποίηcαν καὶ ἱπποδρομίαc, ὃ πρότερον οὐκ ἦν.

[4]) Plutarch. vit. XXXVIII, 3. 5: ἅμ' ἡμέρᾳ τήν τε πομπὴν τῷ θεῷ καὶ τὸν χορὸν ἄγων κεκοcμημένον πολυτελῶc καὶ ᾄδοντα διὰ τῆc γεφύραc ἀπεβίβαζε (scil. Νικίαc), cf. §. 4.

[5]) Cf. Dem. XXXIX, 9: τί δέ, ἂν ἄλλη τιc ἀρχὴ καθιcτῇ εἰc λειτουργίαν, οἷον ἄρχων βαcιλεὺc, ἀθλοθέται, τί cημεῖον ἔcται, πότερον καθιcτᾶcιν;

[6]) Herod. VI, 87: καὶ ἦν γὰρ δὴ τοῖcι Ἀθηναίοιcι πεντετηρὶc ἐπὶ Σουνίῳ, λοχήcαντεc ὦν τὴν θεωρίδα νέα εἷλον πλήρεα ἀνδρῶν τῶν πρώτων Ἀθηναίων; cf. Schoemann. opusc. I, 315.

[7]) Plutarch. vit. X, 32, 5: ὁ cὸc δὲ τύμβοc ἐν καλῷ κεχωcμένοc
τοῖc ἐμπόροιc πρόcρηcιc ἔcται πανταχοῦ,
οὓc ἐκπλέοντάc τ' εἰcπλέοντάc τ' ὄψεται,
χὠπόταν ἅμιλλ' ᾖ τῶν νεῶν, θεάcεται.

triremibus certabatur, cuius muneris impensa Lysiae XXI, 5 quindecim minis aestimata est[1]).

Compluribus feriis, velut Panathenaeis[2]) et (posteriore quidem aetate) Theseis certamina fiebant εὐανδρίας[3]), quam optime, ut puto, Hesychius [E 6712] καλὴν ἰςχύν intellexit[4]); quae res, cum adhuc obscurior fuerit ac dubia, inscriptionibus, quae a Koehlero C. I. A. II, 444—448 editae sunt et ad ludos Theseos pertinent, iam inlustratur atque explanatur. Cum enim Meierus viros tantum interfuise illis certaminibus contendisset, Sauppius, Valesii coniecturam partim probaturus, etiam ad senes (θαλλοφόρους) atque ad pueros ea pertinuisse[5]) demonstrare conatus est, quam opinionem eo existimavit confirmari, quod in inscriptione, de qua egit, panathenaica positum esset:

εὐανδρίᾳ
φυλῇ νικώςῃ βοῦς
H φυλῇ νικώςῃ βοῦς.

Sed, ut ex eius ipsius sententia, cum et pueros et viros et senes statuerit in illis ludis certavisse, de trium tribuum praemiis mentionem fieri nos exspectare omittam, titulis, quos attuli, accuratius perpensis verior, quod equidem cognoscam, cum huius loci, tum totius rei invenietur explicatio. Legimus C. I. A. II, 446 col. *a*, 44 sqq.:

τῶν ἐπιλέκτω[ν εὐ]αν[δρ]ίᾳ·
φυλὴ ἐνίκα Ἀτταλὶς ταξια[ρχοῦ]ντος
[Τι]μοκλέους τοῦ Τιμοκλέους Ἁ[γν]ουςίου.

---

[1]) Idem certaminum genus fortasse significatur inscriptionis panathenaicae, quam Sauppius tractavit (l. c.), vs. 28 νεῶν ἁμίλλης. Cf. quae Sauppius p. 10 disserit.

[2]) Cf. Saupp. de inscriptione panath. p. 2; Bekkeri Anecd. 257, 13 sqq.; Harpocr. 139, 3.

[3]) Andoc. IV, 42: περὶ δὲ τῶν λειτουργιῶν οὐκ ἀξιῶ μεμνῆςθαι πλὴν κατὰ τοςοῦτον, ὅτι τὰ προςταττόμενα δαπανῶ οὐκ ἀπὸ τῶν κοινῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἰδίων· καίτοι τυγχάνω νενικηκὼς εὐανδρίᾳ; cf. Boeckh. l. c. I, 597 *g*; Saupp. l. c. p. 8 sqq.; Meier. opusc. I, 341—343; Schoemann. Griech. Alterth. II, 469 sq.; Hermann. l. c. II, 54, 31.

[4]) Xenoph. Mem. III, 3, 12: Ἦ τόδε οὐκ ἐντεθύμηςαι, ὡς, ὅταν γε χορὸς εἷς ἐκ τῆςδε τῆς πόλεως γίγνηται, ὥςπερ ὁ εἰς Δῆλον πεμπόμενος, οὐδεὶς ἄλλοθεν οὐδαμόθεν τούτῳ ἐφάμιλλος γίγνεται οὐδὲ εὐανδρία ἐν ἄλλῃ πόλει ὁμοία τῇ ἐνθάδε ςυνάγεται; Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη. Ἀλλὰ μὴν οὔτε εὐφωνίᾳ τοςοῦτον διαφέρουςιν Ἀθηναῖοι τῶν ἄλλων οὔτε ςωμάτων μεγέθει καὶ ῥώμῃ, ὅςον φιλοτιμίᾳ.

[5]) Contra hanc opinionem Rangabis iam disputavit l. c. II p. 671.

τῶν ἐπιλέκτων εὐοπ[λία]ι·
φυλὴ ἐνίκα Αἰγεῒς ταξιαρχοῦ[ντ]ος
Ἀπολλοδότου τοῦ Ἡγίου Κολλ[υτέω]ς.
τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν ε[ὐανδρίᾳ]·
τάγμα ἐνίκα τὸ Ἰσιδώρου.
εὐοπλίᾳ· τάγμα ἐνίκα τὸ Πύ[ῤῥ]ου.
τῶν ἱππέων εὐαν[δρί]ᾳ·
φυλὴ ἐνίκα Λεωντὶς ἱ[ππ]αρχοῦντος
Φειδύλλου τοῦ Ἱέρωνος Α[ἰθα]λίδου.
τῶν ἱππέων εὐοπλίᾳ·
φυλὴ ἐνίκα Αἰαντὶς ταραντιναρχούντω[ν]
Εὐθοίνου τοῦ Μοσχίωνος Μαραθωνίου
Πολυνίκου τοῦ Μοσχίωνος Μαραθωνίο[υ] [1]).

En εὐανδρίας certamen, ut εὐοπλίας, et id quidem, quod per tribus instituebatur, ad electos pedites [2]) atque ad equites spectavit, ut facillime perspicias, cur in inscriptione, quam Sauppius tractavit, duae commemorentur tribus victrices [3]).

Iisdem titulis in hoc certamen peregrinos quoque (τοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσι) descendisse docemur [4]), quorum duces, etsi eorum nomina Ὅμιλος et Δημέας (C. I. A. II, 444; 445), Ἰσίδωρος ac Πύῤῥος (446) civibus Atheniensibus saepius indita sunt (cf. Benseleri Lexic. s. h. v.), eo ipso insignes fiunt, quod eorum nominibus unis nec pagi nec tribus nomen additum est.

Quod ad equites attinet, εὐανδρίας et εὐοπλίας liturgia in munere equi alendi comprehensa videtur; si enim res non ita se habuisset, ex lege, qua cautum erat, ne quis duabus uno anno fungeretur liturgiis, nunquam id munus equitibus imponi potuisset.

Propius igitur ad verum accedemus, si thallophoriam [5]) seiun-

---

[1]) Cf. C. I. A. II, 444 col. *a*, 48 sqq.; 445 part. II. col. *a*, 2 sqq.; 447 vs. 3 sqq.; 448 col. *a*, 11 sqq.; 19 sqq.

[2]) Cf. Thucyd. VI, 56, 2: περιέμενον δὲ Παναθήναια τὰ μεγάλα, ἐν ᾗ μόνον ἡμέρᾳ οὐχ ὕποπτον ἐγίγνετο ἐν ὅπλοις τῶν πολιτῶν τοὺς τὴν πομπὴν πέμψαντας ἀθρόους γενέσθαι.

[3]) Explicatio, quam supra proposui, probabilior mihi quidem videtur quam ea, qua Mommsenus „Heortologie" p. 167 sqq. Sauppii opinionem comprobare studet adfirmans εὐοπλίας voce etiam certamen εὐανδρίας indicari, ad iuvenes pertinens.

[4]) Cf. Aug. Mommsen l. c. p. 283.

[5]) De hoc munere cf. Etym. magn. 441, 51 (Hesych. Θ 55), Schol. Aristoph. Vesp. 544; Eustath. 1557, 24 (ed. Rom.); Phot. 79, 8; Xenoph. Conviv. IV, 17; Hermann. l. c. II, 54, 31; 36, 4.

gendam esse censebimus ab hac liturgia ac Meieri amplectemur iudicium viros unos ad εὐανδρίας certamen adscitos esse adseverantes[1]).

Reliquarum liturgiarum satis mihi videtur nomina tantum referre: εὐταξίας[2]), ἀῤῥηφορίας (Scirophoriis et [posteriore aetate] Epidauriis)[3]), κανηφορίας (compluribus diebus festis)[4]).

Quamvis multa munera civibus Atheniensibus bello paceque imposita esse cognoverimus, et subinde decretum sit, ut sua sponte nomina deferrent ad onera quaedam suscipienda (ἐπιδόσεις)[5]), tamen, ne in errorem inducamur de illorum gravitate[6]), maiores quam his

---

[1]) Sauppii igitur coniectura, qua usus pueros etiam εὐανδρίας certamini interfuisse ex Harpocr. 139, 3 et 275, 3 sq. collegit, reicienda est.

[2]) C. I. A. II, 172 (Ol. 110 vel 111):

Οἵδε ἐλη(ρ)τόυ[ργ]ησαν ἐπὶ [τοῦ δεῖνος ἄρχοντος]·
[ε]ὐταξίας·
Ἐρεχθηΐδος·
Κηφισόδωρος Μειδίου Ἀ[να]γυράσιος [Γ^Δ]
Ἀρχέβιος Ἀρχεβιάδου [Λα]μπ[τ]ρ[εύ]ς [Γ^Δ];

dubito, num verum invenerit Rangabis l. c. II p. 790 dicens: »Le mot εὐταξίας, qui procède la liste, est probablement à l'accusatif pluriel (εἵλοντο εὐταξίας) et désigne la charge de ces vingt individues. Ils sont selon toute apparence des fonctionnaires employés par les inspecteurs des tribus pour régler l'ordre, la grandeur et les échéances des liturgies«; maiore enim cum probabilitatis specie Koehlerum εὐταξίαν cum εὐανδρίαι munere comparare arbitror.

[3]) Etym. magn. 149, 18 (= Bekker. Anecd. 446, 18); Harpocr. 59, 1; Bekker. Anecd. 202, 3; 446, 28; Hesych. A 744, 5; Lys. XXI, 5: χωρὶς δὲ ἀρχιθεωρίας καὶ ἀῤῥηφορίας καὶ ἄλλα τοιαῦτα, εἰς ἃ ἐμοὶ δεδαπάνηται πλέον ἢ τριάκοντα μναῖ; Hermann. l. c. II, 61, 9 sq.; Schoemann. Griech. Alterth. I, 488; II, 475; Mommsen. »Heortologie« 446; Bekker. Anecd. 202, 6 arrhephoria ad Liberi ferias spectasse traditur; C. I. A. II, 453 *b* 12 sqq. ἐπ]|έδωκε δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ θυγατ[έρα — — — εἰς τὰ] | Ἐπιδαύρια ἀῤῥηφοροῦσαν; Rangab. l. c. II p. 440; p. 727 sq.; cf. Ἀθην. V, 207 (tit. 20; 21).

[4]) C. I. A. II, 162 *c* 10: τὸν [κόσμον] τὸν κανηφορικόν; Harpocr. 168, 5; Aristoph. Acharn. 242 cum Schol.; Schol. Aristoph. Av. 1550; C. I. A. II, 420, 8 sqq.; Ἀθην. VII p. 480 sqq. (Liberalibus); de infima aetate cf. C .I. A. III, 887; 916 sqq.; cf. Hermann. l. c. II, 36, 3; 54, 30; G. Wachsm. l. c. II, 574; 612; 614.

[5]) Epidosis ad cuiusvis speciei munera pertinuit: ad pecunias (Din. I, 80; Isaei V, 37 sq.; Dem. XVIII, 113; XXXIV, 38 sqq.; Epist. II, 10; Ἀθην. I p. 11; VI p. 135 (tit. 10); VII p. 93; C. I. A. II, 380; 334, quo titulo definitum est, et qua pecunia non minorem, et qua non maiorem se daturos esse cives pollicerentur; 176; 187; 252; 389; 413), ad triremem (vit. Hyperidis §. 22; Dem. XXI, 160, XLV, 85), ad iumenta (C. I. A. II, 176), ad remiges parandos (C. I. A. II, 413); ad trierarchiam (Dem. XXI, 161; Lys. XXIX, 4 et 7), ad architheoriam (Din. I, 82); cf. Boeckh. l. c. I, 764 sq.; Hermann. l. c. I, 161, 6; Schoemann. Griech. Alterth. I, 484, Antiqu. iur. publ. Graeci 321.

[6]) Cf. Boeckh. l. c. I, 746; 606.

temporibus tunc fuisse pecuniarum usuras, multoque minores facultates opus fuisse, quibus res compararentur ad victum cultumque necessariae, nobis non est neglegendum. Accedit, quod complures eorum, qui munera sollemnia subierunt, pecunias in iis conlocatas replevisse, simulac magistratus sint adepti, Lysias atque Isocrates nonnullis locis aperte declarant, Lysias XIX, 57: εἰσὶ δέ τινες οἱ προαναλίσκοντες οὐ μόνον τούτου ἕνεκεν, ἀλλ' ἵνα [al. μόνου τούτου ἕνεκεν, ἵνα] ἄρχειν ὑφ' ὑμῶν ἀξιωθέντες διπλάσια κομίσωνται, Isocrates XV, 145: τῶν μὲν ἀρχῶν καὶ τῶν ὠφελειῶν τῶν ἐντεῦθεν γιγνομένων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν κοινῶν ἐξέστηκας, εἰς δὲ τοὺς διακοσίους καὶ χιλίους τοὺς εἰσφέροντας καὶ λειτουργοῦντας οὐ μόνον αὑτὸν παρέχεις ἀλλὰ καὶ τὸν υἱόν, VII, 25: οὐδ' ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας ἐσκόπουν ἐλθόντες, εἴ τι λῆμμα παραλελοίπασιν οἱ πρότερον ἄρχοντες, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, εἴ τινος πράγματος κατημελήκασι τῶν τέλος ἔχειν κατεπειγόντων, XII, 145: ἔδει γὰρ τοὺς ἄρχειν αἱρεθέντας τῶν τε κτημάτων τῶν ἰδίων ἀμελεῖν καὶ τῶν λημμάτων τῶν εἰθισμένων δίδοσθαι ταῖς ἀρχαῖς ἀπέχεσθαι μηδὲν ἧττον ἢ τῶν ἱερῶν, ἃ τίς ἂν ἐν τοῖς νῦν καθεστῶσι ὑπομείνειεν[1]). Ceterum ut impedimento esset, quominus iniuste alicui officia imperarentur, iam a Solone instituta esse proditur ἀντίδοσις[2]), quam re vera ad facultatum, non ad munerum permutationem spectasse, etsi longum est hanc sententiam accuratius hoc loco comprobare, contra Dittenbergerum ac Blaschkium cum Boeckhio, Thalheimio aliisque statuendum arbitror.

Cap. III. De militia.

Cum munera, de quibus iam exposuimus, facultatibus imposita sint, unum restat, quod etiam ad homines ipsos pertinuit, munus militiae, cui cives universi, minus quam sexaginta annos nati[3]), obligabantur[4]) exceptis iis, qui inutiles erant ad arma, ac prae-

[1]) Dem. XXI, 171; Tittmann. l. c. p. 336.

[2]) Wolf. Prol. 124 sq.; Boeckh. l. c. I, 599; 692; 749—761; Hermann. l. c. I, 162, 18—20; Schoemann. Antiqu. 329 n. 20, Philol. I, 724; Vollbrecht. Philol. II, 168; Dittenberger. „Ueber den Vermögenstausch und die Trierarchie des Demosthenes“ Rudolstadtii, 1872; Blaschke „De antidosi apud Athenienses“ Berolini, 1876; Thalheim. ann. philol. CXV p. 613 sqq.

[3]) Polluc. II, 11: ἐκ τῆς ἀπομάχου ἡλικίας — ἐκ τῆς ἀστρατεύτου, ὑπὲρ τὸν κατάλογον, ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη.

[4]) Cf. Hermann. l. c. I, 123, 11; 108, 14; Boeckh. l. c. I, 649 sq.; Schoemann. Antiqu. 253.

terea priore quidem aetate iis, qui in quarta classe Soloniana conscripti erant[1]). Arma a civibus comparari debuisse ex iis liquet, quae de liturgiis εὐοπλίας atque ἱπποτροφίας supra disputavimus. Sed hoc quoque officium posterioribus temporibus non diligenter exsecutos esse Athenienses compluribus Demosthenis locis sat dilucide demonstratur[2]).

B. De muneribus, quae singulae sodalitates iniunxerunt.

Quamvis manca sit memoria de civium Atheniensium in cunctam rem publicam officiis, multo minus integra sunt, quae de eorundem in tribus, pagos aliasque sodalitates muneribus accepimus.

Cap. I. De officiis, quae in tribus servanda erant.

De officiis, quae tribubus Athenienses praestare debuerunt, nihil fere traditum est; id unum conici potest, ut in rei publicae ita in tribuum quoque templis[3]), quisquis hostiam immolaturus fuerit, vectigal quoddam eum pensitasse. Neque vero feriarum tempore tribules sodalibus epulas fecisse constat; nam, etsi Athen. V, 2 („τῶν δὲ νῦν δείπνων προνοοῦντες οἱ νομοθέται τά τε φυλετικὰ δεῖπνα καὶ τὰ δημοτικὰ προσέταξαν, ἔτι δὲ τοὺς θιάσους, καὶ τὰ φρατρικὰ καὶ πάλιν ὀργεωνικά“) cenae tribuariae enumerantur ac phratriarum pagorumque epulae, quis, si vocis „θιάσων“ rationem habuerit, verbis illis cenas significari non a singulis sodalibus liturgia fungentibus, sed societatis ipsius sumptu institutas certo negabit?[4])

---

[1]) Harpocrat. 155, 14 sqq.: Θῆτες καὶ θητικόν. — εἰς τέσσαρα διῃρημένης παρ' Ἀθηναίοις τῆς πολιτείας οἱ ἀπορώτατοι ἐλέγοντο θῆτες καὶ θητικὸν τελεῖν· οὗτοι δὲ οὐδεμιᾶς μετεῖχον ἀρχῆς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης δηλοῖ ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ· ὅτι δὲ οὐκ ἐστρατεύοντο, εἴρηκε καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσιν; Etym. magn. 452, 14 sqq.

[2]) Cf. Dem. II, 13; 24; 27; 31; IV, 7; VIII, 21; 23 (cf. prooem. 41, 3 et I, 6).

[3]) C. I. A. II, 559, 13 sq.; 558, 12 sq.; Hermann. l. c. I, 122, 3; Schoemann. Griech. Alterth. II, 541, Antiqu. 202 sq.

[4]) Conferas quaeso ἱερὰ δημοτελῆ ac δημοθοινίας (Boeckh. l. c. I, 298; Hermann. II, 31, 5; Schoemann. Griech. Alterthümer II, 540) et C. I. A. II, 589, 11 sqq.: καὶ ὅταν θύωσι Πειραιεῖς ἐν τοῖς κοιν|οῖς ἱεροῖς, νέμειν καὶ Καλλιδάμαντι με|ρίδα καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις Πειραιεῦ|σιν etc.; 570, 33 sqq.: [καὶ] | [ἐ]ς τὰ ἱερὰ τὰ κοινά, ἐν ὅσοισιν ἐ[στι]|[ῶν]ται Πλωθῆς, οἶνον παρέχειν ἡδὺ[ν ἐ]|[κ τοῦ] κοινοῦ etc.; 582, 12 sq.: καὶ νέμει|ν αὐτῷ κρέα ἐν τοῖς | ἱεροῖς, οἷς ἂν θύωσ[ι]|ν οἱ δημόται Λαμπτρ|[ᾶσι, καθ]άπερ Λαμπτρ[εῦσι — —

Dubito autem, num fortuitum sit, quod omnino de his rebus deest memoria; nam rectissime Hermannus loco, quem p. 95 protuli, exiguam tribuum auctoritatem publicam atque unum et praecipuum earum munus fuisse perspexit designare homines, qui magistratum aliquem vel liturgiam susciperent. Quae res optime titulis ostenditur, quibus tribuum decreta continentur: nam in omnibus exceptis tribus, quorum unus ad fundorum locationem (C. I. A. II, 565) alter tertiusque, qui num tribus alicuius decreti fragmentum sit non liquet, ad res sacras pertinent (563; 560 [cf. 616, 618 sqq.]), laudes (561; 566; 568; 569) et honores, e. gr. corona (553—556; 558; 559; 562; 564; 567; 567 *b*) vel immunitas liturgiarum sollemnium (557), ad tribules delati sunt, qui aut magistratu [archontis thesmothetae (559), senatoris (567), taxiarchi (562), sacerdotis (567 *b*)] liturgiisve [choregiae (553; 554), liturgiis sollemnibus (557)] functi aut alio modo de tribu bene meriti erant.

Cap. II. De muneribus, quae pagi imposuerunt.

De muneribus disserturi, quae pagi Atheniensibus imperaverunt, secernamus necesse est officia, quae in suum cuique pagum obeunda fuerunt, et ea, quae exsequi debuit, quisquis in alio, quam cui adscriptus erat, pago possessiones habebat.

§. 1. Quod ad munera prioris generis attinet, in Plothensium quidem pago aliquamdiu tributum exigebatur, quo impendia tolerarentur sollemnium, quae Plothenses aut soli aut una cum aliis pagis faciebant[1]), ac, si singuli pagani in pagi templo[2]) privatim immolaverint, eos certas quasdam animalium partes quasi sacrificii vectigal sacerdotibus dedisse veri simile est.

De aliis vero vectigalibus tributisve, quae pro suis opibus pagani solverunt, nihil certi adfirmari licet[3]). Pollucis enim verba (VIII, 108): „ναύκραροι ἦςαν δώδεκα, — τὰς δ' εἰςφορὰς τὰς κατὰ δήμους διεχειροτόνουν οὗτοι καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἀναλώματα. ναυκραρία δ' ἑκάςτη δύο ἱππέας παρεῖχε καὶ ναῦν μίαν, ἀφ' ἧς ἴςως

---

[1]) Cf. part. II *B*, cap. II §. 2.

[2]) De pagorum fanis cf. C. I. A. II, 575, 19 sq.; 581, 30; 589, 38; 573 *b*, 2; 24.

[3]) Incertissimum, qua neglegentia inscriptio est incisa, mihi quidem videtur, quod Boeckhius C. I. Gr. 89 (= C. I. A. II, 572) vs. 22 coniecit: τὸν δήμαρχον καὶ εἰκοςτολόγον pro ΗΔΡΩΑΡΧΟΝ .... ΙΚΟϹΤΙ .. ΓΟΝ; cf. Koehler l. c.

ὠνόμαστο«, quibus nonnulli grammatici usi sunt[1]), ut pagos quoque paganis tributa imposuisse demonstrarent, nequaquam ita sunt comparata, quibus disceptetur res, de qua agimus; nam non est, cur εἰσφοράς, de quibus mentio fit, ut duos illos equites ac navem ad rem publicam ipsam pertinere easque publice per naucrarias et pagos exactas esse neges; quae explicatio in primis Hesychii N 117 defenditur: Ναύκλαροι· δήμαρχοι· ὑπηρέται· — ἀφ' ἑκάστης φυλῆς δώδεκα, οἵτινες ἀφ' ἑκάστης χώρας τὰς εἰσφορὰς ἐξέλεγον· ὕστερον δὲ δήμαρχοι ἐκλήθησαν.

Quod vero in nonnullis locationum a paganis faciendarum factarumve tabulis tributa commemorantur, iam pag. 40 n. 3 civitatem ea imperasse ostendimus, et id unum etiam addimus verbis »τοὺς δημότας εἰσφέρειν« nihil aliud declaratum esse videri nisi »ex communi paganorum aerario pecunias solutum iri«, non »singulos paganos eas esse conlaturos«.

Deinde caveas, ne ad eundem finem hisce locis abutaris: inscriptionis, quae Herm. II, 161 sq. edita est, vs. 9 sqq.: τὸ ἐργαστήριον τὸ ἐν Πειραιεῖ — ἀτελὲς ἁπάντων; C. I. Gr. 103, vs. 6 sq.: ἐπὶ τοῖσδε μ|ισ]θοῦσι ἀνεπιτίμητον καὶ ἀτελῆ; C. I. A. II, 589, 25 sqq.: »τελεῖν δὲ αὐτὸν τὰ αὐτὰ τέλη ἐν | τῷ δήμῳ, ἅπερ ἂγ καὶ Πειραιεῖς, καὶ μὴ ἐ|γλέγειμ παρ' αὐτοῦ τὸν δήμαρχον τὸ ἐγκτ|ητικόν«. Prioribus enim duobus locis nescio, an, ut lege sancitum esse cognovimus, quinam tributum extraordinarium pensitare deberet, ita verbis, de quibus disputamus, id solum significetur: »qui pretium notatum solverit et leges in titulo enumeratas servarit, eum immunem fore cunctorum sollemnium vectigalium, quae tunc temporis a re publica praediorum possessionibus iniungebantur«; quam ad sententiam praecipue adductus sum cum locis illis verba componens, quae in similis generis decreto, quod Dyalensium phratria fecit, (C. I. A. II, 600 [Ol. 120, 1 = 300/299]) leguntur:

»δεδόχθαι Δυα[λεῦσιν]
μισθῶσαι τὸ χωρίον τὸ Μυῤῥινο[ῦντι τὸ
κ]οινὸν Δυαλέων Διοδώρῳ κατὰ συν[θήκ-
α]ς τάσδε· κατὰ τάδε ἐμίσθωσαν τὸ χωρί[ο-]
ν τὸ Μυῤῥινοῦντι ο[ἱ] φρατίαρχοι Κα[λλ-]
ικλ(ῆ)ς Ἀριστείδου Μυῤῥινούσιος κα[ὶ Δ-

[1]) Cf. Tittmann. l. c. p. 285 n. 29; Platner. »Beiträge zur Kenntniss des attischen Rechtes« p. 218; Schoemann. de comit. p. 377 (Griech. Alterth. I, 390); Hermann. l. c. I, 122, 14.

ι]οπείθ(η)ϲ Διοφάντου Μυῤῥινούϲιοϲ [κα-]
ὶ τὸ κοινὸν Δυαλέων τ(ὴ)ν Σα[κ.]νην καλ[ου-]
μένην ἔτη δέκα —
Διοδώρῳ Κ[α]νθάρου Μυῤῥι-
νουϲίῳ ΓΗ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάϲτου ἀτ-
[ε]λὲϲ καὶ ἀνεπιτίμητον [τῶν] τε ἐ[......
ό]ντων καὶ πολεμίων [ἐ.....]ϲ καὶ φιλίο-
υ ϲτρατοπέδου καὶ τελῶ[ν κ]αὶ [ε]ἰϲφορᾶϲ
καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων« [1]).

Tertio autem loco (C. I. A. II, 589) voci τέλουϲ vim subiciendam esse existimo latius patentem, qua non vectigal solum, sed munus uniuscuiusque generis indicari paulo infra fusius exponemus [2]), et verba illa simili modo ac sententiam, quam Koehlerus restituendam censuit C. I. A. II, 574, 4 sq.: καὶ ἀτέλε[ι]|[αν πάντων, ὧν εἰ]ϲιν Ἐλευϲίνιοι [ἀτ]|[ελεῖϲ — — [3]), interpretor; nempe »is, ad cuius honorem hoc decretum factum erat, eadem officia ac pagani ipsi exsequi debuit immunitatemque est adeptus omnium rerum, quibus obligabatur, quisquis non eiusdem erat pagi, in quo possessiones habebat«; quae explicatio etiam eo confirmatur, quod de eodem homine hocce est decretum (vs. 17 sqq.):

καταν εῖμαι δὲ α-
ὐτὸν καὶ εἰϲ τριακάδα, ἣν ἂν αὐτὸϲ βούλη|ται,

quibus cum verbis formulam conferas in titulis, quibus civitas alicui dabatur, usitatam: »ἐξεῖναι αὐτῷ γράψαϲθαι φυλῆϲ καὶ δήμου καὶ φρατρίαϲ, ἧϲ ἂν βούληται« [4]). Quae cum ita sint decretum, de quo tractatur, non inepte comparari opinor cum titulis, quibus peregrinis civitas vel isotelia tribuebatur.

---

[1]) Comparari potest Chia inscriptio (Bulletin de corresp. Hellén. III, 245), qua Clytidas praedia conlocantes haecce constituisse accepimus:

τελεῖ
[πάντα ὁ ἀνελό]μενοϲ ὑπὲρ τῶν ἐγδόντων
[καὶ ἐκ τοῦ ἐνηλ]αϲίου τὴν ἑκατοϲτηρίη|ν

(vs. 45 sqq. cf. vs. 29 sqq.), et decretum Otorcondum Mylasensium (Le Bas et Waddington. »Inscr. grecques et latines« part. V sect. II tit. 404): τάϲ τε εἰϲφορὰϲ διορθώϲονται πάϲαϲ [καὶ τὰ] προϲπίπτοντα ἐκ τοῦ βαϲιλικοῦ ἢ [πολιτικοῦ].

[2]) p. 108 sq.

[3]) Offensiones moventur verbo γράψαι vocabuli ἀναγράψαι loco posito (γράψαι τὸ ψήφιϲμα).

[4]) Cf. Hartel. »Stud. z. att. Staatsrecht« p. 272 sqq. et Buermann. ann. phil. suppl. X, 344 sqq. Aliter, sed, ni fallor, non recte Boeckhius locum explicat Oec. civ. Ath. I p. 408 n. *b* dicens: »Was die τέλη betrifft, so beziehen sich diese hier lediglich auf die Gemeinsteuern an den Gau«.

§. 2. Certius aliquid de liturgiis, quibus Athenienses in suo quisque pago fungebantur, conici concludique licet, quippe cum non id tantum memoriae proditum sit, ferias fuisse et per singulos pagos celebratas, apud Plothenses (C. I. A. II, 570, 5 sqq.; 25 sqq.), Myrrhinusios (Liberalia C. I. A. II, 578, 36 sq. aliosque ludos 575, 3 sq.), Athmonenses (Amarysia C. I. A. II, 580, 17), Aexonenses (Liberalia 585, 14 sq.), Piraeenses (Liberalia 589, 20 sq.[1]) aliosque dies festos vs. 11 sqq.) et una a compluribus pagis actas e. gr. a Plothensibus et Epacrensibus (C. I. A. II, 570 vs. 30 sq.), sed etiam nonnullis eorum theatrum fuerit, velut Piraeensibus (C. I. A. II, 573; 589, 19 sq.), Eleusiniis (C. I. A. II, 574, 7 sq.), Aexonensibus (C. I. A. II, 579, 22)[2]. Quamquam vero illis ludis ad diversa munera paganos adstrictos esse suspicari possumus, unius tamen choregiae, praestandae Liberalibus minoribus, quae per pagos fiebant, memoria exstat Aeschin. I, 157: „ὃς εὐπρεπὴς ὢν ἰδεῖν τοςοῦτον ἀπέχει τῶν αἰςχρῶν, ὥςτε πρῴην ἐν τοῖς κατ' ἀγροὺς Διονυςίοις κωμῳδῶν ὄντων ἐν Κολλυτῷ καὶ Παρμένοντος τοῦ κωμικοῦ ὑποκριτοῦ εἰπόντος τι πρὸς τὸν χορὸν ἀνάπαιςτον, ἐν ᾧ ἦν εἶναί τινας πόρνους μεγάλους Τιμαρχώδεις, οὐδεὶς ὑπελάμβανεν εἰς τὸ μειράκιον, ἀλλ' εἰς ςὲ πάντες“ etc., et C. I. A. II, 579, 2 sqq.: ἐπειδὴ οἱ χορηγ|οὶ ἐπὶ Χρέμητος ἄρχοντ|ος Δημοκράτης Εὐφιλήτ|ου καὶ Ἡγηςίας Λυςιςτρ|άτου καλῶς καὶ φιλοτίμ|ως ἐχορήγηςαν Αἰξωνεῦ|ςιν, ἐπαινέςαι αὐτοὺς — (vs. 11 sqq.) φιλοτιμίας | ἕνεκα καὶ ἐπιμελείας τ|ῆς εἰς τοὺς δημότας — (vs. 22 sqq.) ὅπω|ς

---

[1]) Nequaquam hoc decreto, ut Westermannus „de publicis Atheniensium honoribus ac praemiis“ p. 53 opinatus est, de Liberalibus in urbe ipsa factis, sed de ludis tantum agi in Piraeensium pago institutis (cf. Dem. XXI, 10: Νόμος. Εὐήγορος εἶπεν· ὅταν πομπὴ ᾖ τῷ Διονύςῳ ἐν Πειραιεῖ καὶ οἱ κωμῳδοὶ καὶ οἱ τραγῳδοὶ — μὴ ἐξεῖναι μήτε ἐνεχυράςαι μήτε λαμβάνειν ἕτερον ἑτέρου etc., de quo loco cf. Foucart. Révue de philologie n. s. I (1877) p. 170—174), verba ἐν τῷ θεάτρῳ τραγῳδῶν ἀγῶνι nude posita (cf. vs. 19 sq.: εἶναι δὲ αὐτῷ προεδρίαν ἐν τῷ θεάτρῳ, ὅταμ ποιῶςι Πειραιεῖς τὰ Διονύςια) sat aperto sunt testimonio. Nam — ne de prioribus verbis copiosius tractem — nonne vocabulis τῶν τραγῳδῶν τῷ ἀγῶνι Lenaea significari potuerunt? (cf. Schoemann. Griech. Alterth. II, 493 sq.). Accedit, quod penes pagos non fuit ad suum arbitrium iubere, ut pronuntiationes fierent in cunctae civitatis sollemnibus; cf. Aeschin. III, 41: „γιγνομένων γὰρ τῶν ἐν ἄςτει τραγῳδῶν ἀνεκήρυττόν τινες, οὐ πείςαντες τὸν δῆμον, οἱ μέν, ὅτι ςτεφανοῦνται ὑπὸ τῶν φυλετῶν, ἕτεροι δ' ὑπὸ τῶν δημοτῶν“; cf. §. 43 sqq.; Dem. XVIII, 120 sq.

[2]) De pagorum feriis ac theatris cf. praeterea C. I. A. II, 576, 577; Tittmann. l. c. p. 286 sq.; Boeckh. C. I. Gr. I, p. 123, comment. acad. Berol. 1816 p. 74 sqq.; Schoemann. Antiquit. 204 n. 2, n. 7, Griech. Alterth. I, 389 sq., II, 492 n. 1, 540 sq.; Mommsen. „Heortologie“ 330 sqq.

ἂν εἰδῶϲιν οἱ ἀεὶ μέλ(λ)|οντεϲ χορηγεῖν Αἰξωνε|ῦϲι, ὅτι τιμήϲει αὐτοὺϲ | ὁ δῆμοϲ ὁ Αἰξωνέων τοὺϲ | εἰϲ ἑαυτοὺϲ φιλοτιμου|[μέ]νουϲ; quo posteriore loco de choregia agi, quam Aexonenses in sui pagi feriis suscipere debebant, non de choregia tribus, cui Aexonensium pagus adscriptus erat, nomine in rei publicae sollemnibus facienda sat claris verbis indicatur.

§. 3. Restat, ut Athenienses pro possessionibus, quae in alio quam in suo cuique pago fuerint, in huius pagi aerarium tributum quoddam commemorem conferre debuisse, quod ἐγκτητικὸν vocabatur [1]).

Cap. III. De officiis, quae ceteris sodalitatibus Athenienses praestare debuerunt.

Quae officia in ceteras sodalitates [2]) civibus Atheniensibus conservanda fuerint, in tanta memoriae inopia nequit disceptari: id solum compertum habemus eos, si uxorem in matrimonium duxerint vel liberos curaverint in phraterum tabulas conscribendos, victima mactata phrateribus epulas fecisse [3]); deinde eandem vectigalium in

---

[1]) Cf. C. I. A. II, 589, 27 sq. (p. 103); Boeckh. l. c. I, 408 n. *b*; Westermann. de publ. hon. p. 13; Meier. et Schoemann. de iud. ordin. 490 sq.

[2]) Ex C. I. A. II, 602 (Messogiorum decreti) vs. 7 sq.: „ἐπόηϲεν δὲ καὶ | [— — — — — ἑαυ]τοῦ καὶ ἐμέριϲεν τὸ ἀγοραϲτι[κόν]“ Messogios feriarum tempore vectigal mercium emptarum exegisse certo colligi non potest; dubium enim est, num haec Boeckhii (l. c. I, 439) et Rangabis (Ant. Hell. II p. 424) ac Buechsenschuetzii („Besitz u. Erwerb“ p. 557 n. 2) interpretatio vera sit an Meieri (Allg. Lit. Zeit., Intellig. Bl. 1844 p. 274) explanatio, qui voce „ἀγοραϲτικοῦ“ conlata cum vocabulis: „δικαϲτικοῦ, ἡλιαϲτικοῦ, ἐκκληϲιαϲτικοῦ“ pecuniam significari putat, quae iis Messogiorum soluta sit, qui conventui interfuerint. De pecuniis, quas sua sponte gentiles in aedificandis suae ipsius gentis fanis conlocarunt, cf. C. I. A. II, 596.

[3]) Isaei VIII, 18: ὅτε γὰρ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐλάμβανε, γάμουϲ εἰϲτίαϲε καὶ ἐκάλεϲε τρεῖϲ αὑτοῦ φίλουϲ μετὰ τῶν αὑτοῦ προϲηκόντων, τοῖϲ τε φράτορϲιν γαμηλίαν εἰϲήνεγκε κατὰ τοὺϲ ἐκείνων νόμουϲ; Dem. LVII, 43; Isaei III, 79; 76; Suid. II, 1070, 3 sqq.; Hesych. Γ 119; Harpocr. 77, 5 sqq.; Hesych. Γ 120; Etym. magn. 221, 6; Bekker. Anecd. 233, 31, quo loco scriptor deceptus, ni fallor, verbis, quae Dem. LVII, 43 sunt posita, similibusve refert: γαμηλίαν εἰϲενεγκεῖν τὸ τὸν ἀγόμενον γυναῖκα κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ γάμου ἐπιδιδόναι τι τοῖϲ κηδεϲταῖϲ οἰκείοιϲ εἰϲ λόγον εὐωχίαϲ (cf. Isaei VIII, 18). — Polluc. III, 52: ἡ δὲ ὑπὲρ τῶν εἰϲ τοὺϲ φράτοραϲ εἰϲαγομένων παίδων οἴνου ἐπίδοϲιϲ οἰνιϲτήρια ἐκαλεῖτο; Bekker. Anecd. 273, 1: Κουρεῖον· κοινῶϲ μὲν τὸ τῶν κουρέων ἐργαϲτήριον, ἰδίωϲ δὲ καὶ τὸ διδόμενον ὑπὸ τῶν πατέρων τοῖϲ φράτορϲιν, ὅταν εἰϲφέρωϲι τοὺϲ

sacris solvendorum rationem in phratriis et gentibus fuisse atque in tribubus et pagis[1]) veri simile est.

Ceterum omnes, de quibus iam exposui, sodalitates domos, praedia, templa aliasque res possederunt, quibus locatis quotannis vectigalia quaedam redibant[2]).

παῖδας εἰς φρατρίας; Harpocr. 200, 15 sqq.: μεῖον καὶ μειαγωγός — θθμά ἐστιν, ὃ τοῖς φράτορσι παρεῖχον οἱ τοὺς παῖδας εἰσάγοντες εἰς τούτους; 201, 8; Etym. magn. 533, 29 sqq.; Phot. 253, 21; 25; Bekker. Anecd. 279, 8. — Cf. Schoemann. Isaei edit. p. 263 sq., Antiq. 343; G. Wachsmuth. l. c. I, 365; II, 609; Hermann. l. c. I, 99, 1; 10 sqq.; Tittmann. l. c. 286 sq.; Schoemann. Griech. Alterth. II, 547 sq.

[1]) Cf. p. 101; 102; de C. I. A. II, 600, 14 sqq. cf. p. 103 sq.

[2]) De tribubus cf. C. I. A. II, 564; 565 — de pagis C. I. Gr. 93; 103; Herm. II, 161 sqq.; C. I. A. II, 570; 573 — de phratriis C. I. A. II, 600.

Pars II.

De civium Atheniensium immunitate.

Cum in iis, quae antecedunt, ut fieri potuit, explanare studuerimus, quae fuissent Atheniensium munera quaeque eorum natura, haec iam fundamentum quasi nobis sint, ut accuratius exponentes, quibus condicionibus et qua ratione Athenis civibus immunitas sit concessa, penitus perspiciamus legum causas, quae de immunitate singulorum munerum civibus tribuenda valebant, et uniuscuiusque immunitatis rationem plane cognoscamus.

a) Primum vero, cum necesse sit intellegi, quid valeat vox ἀτελείας, in vocabuli τέλους notionem inquirere debemus. Hoc enim verbo non solum vectigalia vel tributa sed alia quoque significari munera, quae civitati praestanda erant, luculentissime demonstratur loco, qui exstat Bekkeri Anecdot. 308, 7 sqq.: τέλη οὐ μόνον τὰ τοῖς τελώναις καταβαλλόμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀναλώματα καὶ ἐπὶ ἀπηρτισμένῳ πράγματι ἢ ἔργῳ ἢ πολέμῳ[1]). Itaque non tributum tantum ex censu conlatum (Hesychius Ε 1197 [= Suid. I, 2, 795, 16], Bekker. Anecdot. 243, 13) ac tributum in singula inquilinorum capita divisum (Hesychius Μ 1104) et sociorum tributum (Schol. Thucyd. V, 18, 5)[2]) τέλος appellant scriptores eodemque verbo portorium (Plato leg. VIII, 847 *B*; Aristot. Oecon. II, 2, 21 = 1350 *a* 6 sqq.)[3]) et vectigal, quod pro rebus veneuntibus exigebatur (Aristophanes Acharn. 896, Plato de re publ. II, 425 *D*)[4]), dicunt, sed ad quaelibet munera publica significanda haec vox adhibetur e. gr. Dem. XX, 29: διὰ τὸ γεγράφθαι

---

[1]) Cf. Eustath. 881, 26 (ed. Rom.). Angustior verbi notio explicatur Polluc. VIII, 132; Hesych. Τ 444; Eustath. 1246, 44. De utraque vocis vi Boeckhius disputat l. c. I p. 651 n. *d*, p. 409, 413.

[2]) Cf. Schol. Plat. leg. VIII, 850 *A*.

[3]) Cf. Strabon. XVII, 798, p. 1113, 22 sqq. (ed. Meinek.), grammatic. s. v. ἐλλιμένιον.

[4]) Cf. grammatic. s. v. ἐπώνια.

λούς; cf. §. 22 et 23. Ac praeterquam quod perpaucos esse immunitate donatos significat, hoc praemium, si e lege alternis annis eosdem immunitate frui respexeris, dimidio etiam deminui hisce verbis dicit (§. 8): ἔτι τοίνυν ὑμᾶς κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι δεῖ, ὅτι ἐκ τῶν νῦν ὑπαρχόντων νόμων καὶ πάλαι κυρίων, οὐδ' αὐτὸς οὗτος ἀντείποι ἂν μὴ οὐχὶ καλῶς ἔχειν, ἐνιαυτὸν διαλιπὼν ἕκαστος λειτουργεῖ, ὥστε τὸν ἥμισυν ἐστ' ἀτελὴς τοῦ χρόνου· εἶθ' ἧς πᾶσι μέτεστι τὸ ἥμισυ καὶ τοῖς μηδ' ὁτιοῦν ἀγαθὸν πεποιηκόσιν ὑμᾶς, ταύτης τοὺς εὖ ποιήσαντας, ὃ προστεθείκαμεν αὐτοῖς, τοῦτ' ἀφελώμεθα; sed neminem fore arbitror, qui, si re vera Leptines molitus esset, ut universa tolleretur immunitas, Demosthenem ne tributa quidem pacis tempore exigenda multis inquilinorum remitti etiam docturum fuisse neget. Minime enim licere in liturgiarum sollemnium numero ea reponi evincitur, quod e C. I. A. II, 270, 11 sqq.: „εἰς πολλὰ τῶ[ν σ|υ]μφερόντων τῷ δήμῳ χρήσιμοι γεγόνασιν εἴς τ|[ε] τὴν οἰκοδομίαν τῶν νεωσοίκων καὶ τῆς σκευοθή|[κ]ης εἰσφέροντες τὰς εἰσφορὰς καθ' ἕκαστον τὸν ἐ|[ν]ιαυτὸν τὰς εἰς τὰ δέκα τάλαντα καλῶς καὶ προθύ|[μ]ως ἀπὸ Θεμιστοκλέους ἄρχοντος μέχρι Κηφισοδ|[ώρ]ου“ continuis, non, ut liturgias, alternis annis ea praestanda fuisse quam clarissime apparet. Deinde Demosthenes Leptinem probata sua ipsius rogatione magnum lucrum civitatem facturam esse falso contendisse demonstraturus nihil pecunias, de quibus agatur, ad aerarium pertinere adseverat (§. 25): καὶ μὴν περὶ τοῦ γε μὴ εἶναι χρήματα κοινὰ τῇ πόλει ἐκεῖνο ὑμᾶς δοκεῖ σκοπεῖν, ὅτι οὐδὲν ἔσεσθ' εὐπορώτεροι, τὰς ἀτελείας ἐὰν ἀφέλησθε· οὐ γὰρ κοινωνεῖ ταῖς δημοσίαις προσόδοις καὶ περιουσίαις ταῦτα τἀναλώματ' οὐδέν. Sed potuit orator idque tam confidenter adfirmare, si in pecuniarum illarum numero tributum quoque fuisset, quod dicunt μετοίκιον? Nonne potius — quod de liturgiis tantum exponit (§. 26): „φέρε δὴ καὶ τὰς εὐπορίας, ἃς ἀναπαυομένους τινὰς εὐπορήσειν οὗτοι φήσουσιν, εἰς δέον ὑμῖν γιγνομένας δείξω — παρὰ μὲν — τὰς ἐπὶ τῶν χορηγιῶν δαπάνας ἡμέρας μέρος μικρὸν ἡ χάρις τοῖς θεωμένοις ἡμῶν, παρὰ δὲ τὰς τῶν εἰς τὸν πόλεμον παρασκευῶν ἀφθονίας πάντα τὸν χρόνον ἡ σωτηρία πάσῃ τῇ πόλει, ὥσθ', ὅσον ἐνθάδ' ἀφίετε, ἐκεῖ κομίζεσθε“, nonne addere debuit multo maius detrimentum fore, quod res publica caperet, quam commodum, quod eveniret, si omnes inquilini coacti essent hoc tributum pensitare?

Tum omnes, de quibus ad populum ferret, pecunias ad i...

sacra spectare Leptines a Demosthene simulavisse traditur (§. 125): ὃν τοίνυν κακουργότατον οἴονται λόγον εὑρηκέναι πρὸς τὸ τὰς ἀτελείας ὑμᾶς ἀφελέσθαι πεῖσαι, βέλτιόν ἐστι προειπεῖν, ἵνα μὴ λάθητε ἐξαπατηθέντες. ἐροῦσι γάρ, ὅτι ταῦθ' ἱερῶν ἐστιν ἅπαντα τἀναλώματα [αἱ χορηγίαι καὶ αἱ γυμνασιαρχίαι][1]. Quae verba nequaquam concinere cum μετοικίου aliarumque pecuniarum pacis tempore inquilinis impositarum ratione ac natura neminem fugiet; quin etiam in iis, quae secuntur, de liturgiis unis se cogitare scriptor ipse indicat (§. 126): ὅτι δ' οὐκ ἔστι ταὐτὸν ἱερῶν ἀτέλειαν ἔχειν καὶ λειτουργιῶν, ἀλλ' οὗτοι τὸ τῶν λειτουργιῶν ὄνομ' ἐπὶ τὸ τῶν ἱερῶν μεταφέροντες ἐξαπατᾶν ζητοῦσι, Λεπτίνην ὑμῖν αὐτὸν ἐγὼ παρασχήσομαι μάρτυρα; cf. §. 127; 128; 129.

Denique, si tibi probavero, quae iam disputavi, sententiae, quam de Leptinis rogatione proposui, hic quoque locus suffragabitur (§. 61): „εἴ τινες νυνὶ τῶν ἐχόντων Πύδναν ἢ Ποτίδαιαν ἤ τι τῶν ἄλλων χωρίων, ἃ Φιλίππῳ μέν ἐστιν ὑπήκοα ὑμῖν δ' ἐχθρὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅν περ ἡ Θάσος ἦν τότε καὶ τὸ Βυζάντιον Λακεδαιμονίοις μὲν οἰκεῖα ὑμῖν δ' ἀλλότρια, παραδώσειν ταῦτ' ἐπαγγείλαιντο, ἂν αὐτοῖς τὰς αὐτὰς δῶτε δωρεάς, ἅσπερ Ἐκφάντῳ τῷ Θασίῳ καὶ Ἀρχεβίῳ τῷ Βυζαντίῳ, καί τινες τούτων ἀντιλέγοιεν αὐτοῖς ταῦτα λέγοντες, ὡς δεινόν, εἴ τινες μόνοι τῶν ἄλλων μετοίκων μὴ χορηγοῖεν, πῶς ποτ' ἂν ἔχοιτε πρὸς τοὺς ταῦτα λέγοντας; ἢ δῆλον, ὅτι φωνὴν οὐκ ἂν ἀνάσχοισθ' ὡς συκοφαντούντων; οὐκοῦν αἰσχρόν, εἰ μέλλοντες μὲν εὖ πάσχειν, συκοφάντην ἂν τὸν ταῦτα λέγονθ' ἡγοῖσθε, ἐπὶ τῷ δ' ἀφελέσθαι τὰς τῶν προτέρων εὐεργετῶν δωρεὰς ταῦτα λεγόντων ἀκούσεσθε. Nam cum e §. 60 (ὧν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μετὰ ταῦτ' ἐκπεσόντων ἐψηφίσασθε, ἅπερ οἶμαι φεύγουσιν εὐεργέταις δι' ὑμᾶς προσῆκε, προξενίαν, εὐεργεσίαν, ἀτέλειαν ἁπάντων) verbis τὰς αὐτὰς —

[1]) Glossema haec verba esse vocabulo ἅπαντα manifestum fit ideoque rectissime Westermannus Wolfium secutus uncis ea inclusit ac perperam Voemelius defendit dicens (ed. Lept. p. 146): „Verum ad sacra ἑστίασις contribulium, quamquam non fiebat sine sacrificiis, non tota pertinebat, ut illae alterae liturgiae, quae, quamquam non ipsae erant sacrae, pertinebant ad sacra totae — ἅπαντα autem referendum esse censeo ad varia choregiarum genera“. Sed differentiam illam acutius excogitatam esse opinor, quam quae a Leptine, quod fuit eius consilium, re vera sit servata, ac si voce ἅπαντα, quod Voemelius vult, scriptor indicaturus fuisset — ut praeteram hoc quidem loco eius modi addidamentum supervacaneum esse — hanc potius, ne obscurus fieret, adhibuisset dictionem: ταῦτα — ἀναλώματα, ἅπασαι αἱ χορηγίαι καὶ αἱ γυμνασιαρχίαι.

δωρεάς immunitatem omnium rerum declarari liqueat, Demosthenem, si Leptines totam aboleri voluisset immunitatem, adversarios, quo magis deriderentur, etiam de inquilinorum tributis [μετοικίῳ atque εἰσφοραῖς] loquentes facturum fuisse existimo.

Quae cum ita sint, §. 29: ἔτι δ', ὦ ἄνδρες δικασταί, διὰ τὸ γεγράφθαι ἐν τῷ νόμῳ διαῤῥήδην αὐτοῦ μηδένα μήτε τῶν πολιτῶν μήτε τῶν ἰσοτελῶν μήτε τῶν ξένων εἶναι ἀτελῆ, μὴ διῃρῆσθαι δὲ ὅτου ἀτελῆ, χορηγίας ἢ τίνος ἄλλου τέλους, ἀλλ' ἁπλῶς ἀτελῆ μηδένα πλὴν τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, καὶ ἐν μὲν τῷ μηδένα πάντας περιλαμβάνειν τοὺς ἄλλους, ἐν δὲ τῷ τῶν ξένων μὴ διορίζειν τῶν οἰκούντων Ἀθήνησιν, ἀφαιρεῖται καὶ Λεύκωνα — καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ τὴν δωρεάν verba „ἢ τίνος ἄλλου τέλους" non aliter explicari posse apparet nisi: „an alius liturgiae", quam interpretationem unice veram esse id praecipue documento est, quod, ut supra (p. 126) iam diximus, Demosthenes Leptinem adiectis verbis „πλὴν τοὺς ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος" eos liturgiarum frui immunitate aperte significasse contendit. Nec dubium est, quin eodem modo vox ἀτελείας, nude posita, immunitas liturgiarum sollemnium accipienda sit hisce locis: §. 34 (cf. §. 2), 38; 44 (cf. 45, 47); 75 (cf. 79, 85); 97 (cf. 105, 125); 115; 118; 123; 124; 131. Cur autem Demosthenes §. 120 Leptinem induxerit dicentem etiam lege probata privilegia mansura esse statuae, publicae epulationis, aliarumque rerum excepto eo, de quo agatur, praemio (οἶμαι τοίνυν καὶ τοῦτον τὸν λόγον Λεπτίνην ἐρεῖν, ὡς τὰς εἰκόνας καὶ τὴν σίτησιν οὐκ ἀφαιρεῖται τῶν εἰληφότων ὁ νόμος, οὐδὲ τῆς πόλεως τὸ τιμᾶν τοὺς ὄντας ἀξίους, ἀλλ' ἔσται χαλκοῦς ἱστάναι καὶ σίτησιν διδόναι καὶ ἄλλ', ὅ τι ἂν βούλησθε, πλὴν τούτου) nec diserte verba facientem de inquilinorum tributorum immunitate, in eo positum esse equidem suspicor, quod Demosthenes privilegia commemorare voluit ad omnes, et peregrinos et cives, spectantia et raro fortasse illa munera inquilinis remissa sunt.

Argumentorum, quae modo protuli, gravitatem nihil eo imminui, quod haec oratio δευτερολογία est, quam grammatici dicunt, per se patet; nam etsi inter oratores convenit, quae quisque fusius esset tractaturus, profecto Demosthenes, si latius patuisset Leptinis rogatio, se de ea tantum parte, quae ad liturgias spectaret, expositurum neque quicquam aliud respecturum esse claris verbis significasset.

Vereor, ne taedio sit lectoribus accuratior haec de Leptineae legis natura quaestio, qua opus esse videtur, ne, cum indagare

studemus, num ad portoria etiam Athenis pertinuerit immunitas, demonstratione utamur eodem se revolvente, quod in Benseleri ac Westermanni ratiocinationibus reprehendendum esse iam conabor ostendere.

Primum uterque non fuisse apud Athenienses portorii aliorumque huiusce generis vectigalium immunitatem eo comprobari opinatur, quod Demosthenes, cum de praemiis locutus sit Leuconi, Bospori regi, tributis, non mentionem fecerit talis privilegii. Sed neque hoc silentium neque ipsa verba [§. 40] »καὶ μὴν οὐδ᾽ ὅπως οὐκ ἀντιδώσει τῷ Λεύκωνί τις, ἐὰν βούληται, δύναμαι σκοπούμενος εὑρεῖν. χρήματα μὲν γάρ ἐστιν ἀεὶ παρ᾽ ὑμῖν αὐτοῦ, κατὰ δὲ τὸν νόμον τοῦτον, ἐάν τις ἐπ᾽ αὐτὰ ἔλθῃ, ἢ στερήσεται τούτων ἢ λειτουργεῖν ἀναγκασθήσεται« testimonio sunt, quo verum ratumque esse illud iudicium ostendatur, quippe cum Leptinis rogationem ad liturgias unas spectare cognoverimus itaque ea tantum a scriptore commemorari, quae quodam modo cum his muneribus coniuncta erant, non mirum accidere possit.

Iidemque viri docti peccant, cum suam ipsorum opinionem confirmari putant §. 25, qua orator pecunias, quarum immunitatem Leptines tolli velit, minime in aerarium conferri neque quicquam emolumentum rei publicae esse eventurum, si Leptinis lex populo placuerit, claris verbis dicat. Quid enim ad rem fuit — si consideres, quae de Leptinis consilio disserui — etiam portorii hoc loco rationem habere?

Neque magis tertium ultimumque argumentum valet, quod petitum est e §. 129: ἡδέως δ᾽ ἂν ἔγωγ᾽ ἐροίμην Λεπτίνην· τίνος αὐτοῖς τὴν ἀτέλειαν ἢ σὺ νῦν καταλείπειν φήσεις ἢ ἐκείνους τότε δοῦναι, τὰς λειτουργίας ὅταν εἶναι φῇς ἱερῶν; τῶν μὲν γὰρ εἰς τὸν πόλεμον πασῶν εἰσφορῶν καὶ τριηραρχιῶν ἐκ τῶν παλαιῶν νόμων οὐκ εἰσὶν ἀτελεῖς, τῶν δὲ λειτουργιῶν, εἴπερ εἰσὶν ἱερῶν, οὐδ᾽ ἔχουσιν. ἀλλὰ μὴν γέγραπταί γ᾽ ἀτελεῖς αὐτοὺς εἶναι. τίνος; ἢ τοῦ μετοικίου; τοῦτο γὰρ λοιπόν, de qua sententia Westermannus haec verba fecit: »Zwar ist dies [scil. portorii immunitatem apud Athenienses fuisse] von einigen Alterthumsforschern angenommen, für Athen aber mit Recht von Benseler Einl. S. 6 in Abrede gestellt worden mit Beziehung — auf die — Argumentation §. 128 ff., nach welcher nach Abzug der Leiturgien kein Object der Atelie übrig bleibt als das Metoikion, mit welchem natürlich die Bürger nichts zu thun haben«. Nam minime in Demosthenis animo fuisse eas tantum res enumerare, quarum honoris causa immunitas re vera alicui dabatur,

eo efficitur, quod tributum quoque ad belli usum imperatum ac trierarchiam commemoravit omisitque pecunias inquilinis pacis tempore imperatas; immo, licet omnes res scriptorem rettulisse, quae ex suo ipsius consilio ei enumerandae erant, recte statuas, de iis rebus arbitror Demosthenem mentionem fecisse, quas verbis in decreto de Harmodii Aristogitonisque posterorum immunitate positis contineri aliquis existimare poterat.

Itaque Athenis legibus prohibitum esse, ne quis portorio liberaretur, nequaquam e Demosthenis Leptinea evinci concedamus necesse est, quamvis huius immunitatis honori concessae[1]) neque apud scriptores[2]) neque in inscriptionibus[3]) certum exstet exemplum; quo in iudicio acquiescamus, dum inscriptione inventa melius de hac re doceamur.

§. 2. Iam inquirere debemus in immunitates legibus concessas nec decretis honoris causa tributas; certis enim quibusdam hominibus hoc commodum angustius latiusve patens impertitum est et nonnullorum munerum unusquisque in certum tempus immunis fuit[4]).

a) A trierarchia liberi fuerunt pupilli, filiae heredes, coloni publice missi[5]), quod privilegium de aliis quoque liturgiis valuisse cum per se liquet, tum eo confirmatur, quod pupilli omnium liturgiarum munere levati esse referuntur idque unum etiam annum, postquam sui iuris facti sunt[6]). Deinde archontes, dum munere fungebantur, non coacti sunt trierarchiam suscipere[7]). Militiae autem vacationem

[1]) De hoc privilegio in aliis civitatibus tributo cf. p. 111 n. 4; p. 112 n. 5; p. 114 n. 10; p. 115 n. 1, n. 2, n. 3, n. 8, n. 12; p. 116, n. 6, n. 7.

[2]) Cf. Boeckh. Oec. civ. I, 76 *c*.

[3]) Incertae enim sunt coniecturae C. I. A. II, 421, *a*, 15 sq.:
— αὐτῷ ἀτέλειαν τῶν ε[ἰςαγομένων]
— τῳ ςυγχρήςαςθαι,
491, 8 [ἐ]ξαγωγὴν καὶ ἀτ[έλειαν?].

[4]) De institutis ad rem pertinentibus cf. Boeckh. l. c. I, 703 sqq.; 727 *d*; 454; 122; 122 *d*; 649 sq.; 668; 605; 594 sq.; 599; 691; 701; Hermann. l. c. I, 152, 15; 16; 162, 12; 13; III, 44, 9; 10; I, 162, 14—16; 140, 10; Schoemann. Griech. Alterth. I, 488; 490; Antiqu. 318; 329; Tittmann. l. c. 51; Westermann. „de publ. hon." p. 7; Meieri et Schoemanni de iud. ordin. p. 612 sq.; Wolf. l. c. 88; 119 *u*.

[5]) Cf. p. 118 n. 5; Schaefer l. c. I, 355.

[6]) Lys. XXXII, 24: οὗτος — ςυντριηραρχῶν Ἀλέξιδι τῷ Ἀριςτοδίκου — τὸ ἥμιςυ τούτων αὐτοῖς ὀρφανοῖς οὖςι λελόγιςται, οὓς ἡ πόλις οὐ μόνον παῖδας ὄντας ἀτελεῖς ἐποίηςεν, ἀλλὰ καί, ἐπειδὰν δοκιμαςθῶςιν, ἐνιαυτὸν ἀφῆκεν ἁπαςῶν τῶν λειτουργιῶν.

[7]) Dem. XX, 28: ὁρᾶθ' ὡς ςαφῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδένα εἶναι

studemus, num ad portoria etiam Athenis pertinuerit immunitas, demonstratione utamur eodem se revolvente, quod in Benseleri ac Westermanni ratiocinationibus reprehendendum esse iam conabor ostendere.

Primum uterque non fuisse apud Athenienses portorii aliorumque huiusce generis vectigalium immunitatem eo comprobari opinatur, quod Demosthenes, cum de praemiis locutus sit Leuconi, Bospori regi, tributis, non mentionem fecerit talis privilegii. Sed neque hoc silentium neque ipsa verba [§. 40] »καὶ μὴν οὐδ' ὅπως οὐκ ἀντιδώσει τῷ Λεύκωνί τις, ἐὰν βούληται, δύναμαι σκοπούμενος εὑρεῖν. χρήματα μὲν γάρ ἐστιν ἀεὶ παρ' ὑμῖν αὐτοῦ, κατὰ δὲ τὸν νόμον τοῦτον, ἐάν τις ἐπ' αὐτὰ ἔλθῃ, ἢ στερήσεται τούτων ἢ λειτουργεῖν ἀναγκασθήσεται« testimonio sunt, quo verum ratumque esse illud iudicium ostendatur, quippe cum Leptinis rogationem ad liturgias unas spectare cognoverimus itaque ea tantum a scriptore commemorari, quae quodam modo cum his muneribus coniuncta erant, non mirum accidere possit.

Iidemque viri docti peccant, cum suam ipsorum opinionem confirmari putant §. 25, qua orator pecunias, quarum immunitatem Leptines tolli velit, minime in aerarium conferri neque quicquam emolumentum rei publicae esse eventurum, si Leptinis lex populo placuerit, claris verbis dicat. Quid enim ad rem fuit — si consideres, quae de Leptinis consilio disserui — etiam portorii hoc loco rationem habere?

Neque magis tertium ultimumque argumentum valet, quod petitum est e §. 129: ἡδέως δ' ἂν ἔγωγ' ἐροίμην Λεπτίνην· τίνος αὐτοῖς τὴν ἀτέλειαν ἢ σὺ νῦν καταλείπειν φήσεις ἢ ἐκείνους τότε δοῦναι, τὰς λειτουργίας ὅταν εἶναι φῇς ἱερῶν; τῶν μὲν γὰρ εἰς τὸν πόλεμον πασῶν εἰσφορῶν καὶ τριηραρχιῶν ἐκ τῶν παλαιῶν νόμων οὐκ εἰσὶν ἀτελεῖς, τῶν δὲ λειτουργιῶν, εἴπερ εἰσὶν ἱερῶν, οὐδ' ἔχουσιν. ἀλλὰ μὴν γέγραπταί γ' ἀτελεῖς αὐτοὺς εἶναι. τίνος; ἢ τοῦ μετοικίου; τοῦτο γὰρ λοιπόν, de qua sententia Westermannus haec verba fecit: »Zwar ist dies [scil. portorii immunitatem apud Athenienses fuisse] von einigen Alterthumsforschern angenommen, für Athen aber mit Recht von Benseler Einl. S. 6 in Abrede gestellt worden mit Beziehung — auf die — Argumentation §. 128 ff., nach welcher nach Abzug der Leiturgien kein Object der Atelie übrig bleibt als das Metoikion, mit welchem natürlich die Bürger nichts zu thun haben«. Nam minime in Demosthenis animo fuisse eas tantum res enumerare, quarum honoris causa immunitas re vera alicui dabatur,

eo efficitur, quod tributum quoque ad belli usum imperatum ac trierarchiam commemoravit omisitque pecunias inquilinis pacis tempore imperatas; immo, licet omnes res scriptorem rettulisse, quae ex suo ipsius consilio ei enumerandae erant, recte statuas, de iis rebus arbitror Demosthenem mentionem fecisse, quas verbis in decreto de Harmodii Aristogitonisque posterorum immunitate positis contineri aliquis existimare poterat.

Itaque Athenis legibus prohibitum esse, ne quis portorio liberaretur, nequaquam e Demosthenis Leptinea evinci concedamus necesse est, quamvis huius immunitatis honori concessae[1]) neque apud scriptores[2]) neque in inscriptionibus[3]) certum exstet exemplum; quo in iudicio acquiescamus, dum inscriptione inventa melius de hac re doceamur.

§. 2. Iam inquirere debemus in immunitates legibus concessas nec decretis honoris causa tributas; certis enim quibusdam hominibus hoc commodum angustius latiusve patens impertitum est et nonnullorum munerum unusquisque in certum tempus immunis fuit[4]).

a) A trierarchia liberi fuerunt pupilli, filiae heredes, coloni publice missi[5]), quod privilegium de aliis quoque liturgiis valuisse cum per se liquet, tum eo confirmatur, quod pupilli omnium liturgiarum munere levati esse referuntur idque unum etiam annum, postquam sui iuris facti sunt[6]). Deinde archontes, dum munere fungebantur, non coacti sunt trierarchiam suscipere[7]). Militiae autem vacationem

---

[1]) De hoc privilegio in aliis civitatibus tributo cf. p. 111 n. 4; p. 112 n. 5; p. 114 n. 10; p. 115 n. 1, n. 2, n. 3, n. 8, n. 12; p. 116, n. 6, n. 7.

[2]) Cf. Boeckh. Oec. civ. I, 76 *c*.

[3]) Incertae enim sunt coniecturae C. I. A. II, 421, *a*, 15 sq.:

— αὐτῷ ἀτέλειαν τῶν ε[ἰcαγομένων]
— τῳ cυγχρήcαcθαι,

491, 8 [ἐ]ξαγωγὴν καὶ ἀτ[έλειαν?].

[4]) De institutis ad rem pertinentibus cf. Boeckh. l. c. I, 703 sqq.; 727 *d*; 454; 122; 122 *d*; 649 sq.; 668; 605; 594 sq.; 599; 691; 701; Hermann. l. c. I, 152, 15; 16; 162, 12; 13; III, 44, 9; 10; I, 162, 14—16; 140, 10; Schoemann. Griech. Alterth. I, 488; 490; Antiqu. 318; 329; Tittmann. l. c. 51; Westermann. „de publ. hon.“ p. 7; Meieri et Schoemanni de iud. ordin. p. 612 sq.; Wolf. l. c. 88; 119 *u*.

[5]) Cf. p. 118 n. 5; Schaefer l. c. I, 355.

[6]) Lys. XXXII, 24: οὗτος — cυντριηραρχῶν Ἀλέξιδι τῷ Ἀριcτοδίκου — τὸ ἥμιcυ τούτων αὐτοῖc ὀρφανοῖc οὖcι λελόγιcται, οὓc ἡ πόλιc οὐ μόνον παῖδαc ὄνταc ἀτελεῖc ἐποίηcεν, ἀλλὰ καί, ἐπειδὰν δοκιμαcθῶcιν, ἐνιαυτὸν ἀφῆκεν ἁπαcῶν τῶν λειτουργιῶν.

[7]) Dem. XX, 28: ὁρᾶθ' ὡc cαφῶc, ὦ ἄνδρεc Ἀθηναῖοι, μηδένα εἶναι

unquam id fuisse pernegavit. Scriptorum autem solus est Demosthenes, ex cuius uno loco certi aliquid de hac re concludi potest: Leptines enim suadens, ut sollemnium liturgiarum immunitas tolleretur, id etiam, quo probaret suam rogationem, contendit, pecunias in haec munera consumendas ad sacra spectare nefasque esse quemquam huius modi officiis liberare. Si igitur haec immunitas fuisset [1], Leptinem, ut sibi ipsi constantem se praeberet, ad populum laturum fuisse, ut illa lex abrogaretur, apparet; quam rem ne ullo quidem loco Demosthenes commemorat, sed, ubicumque fusius loquitur de Leptinis rogatione, eum id tantum egisse, ne quis liturgiarum sollemnium immunis fieret, aperte declarat [2]). Si autem re vera Leptines rationem constantem ita neglexisset, profecto ipse Demosthenes ei hoc exprobravisset; quod orator ne tum quidem fecit, cum Leptinis ratiocinationes de hac re prolatas prorsus studuit refellere, XX, 125 sq.: ἐροῦcι — ὅτι ταῦθ' ἱερῶν ἐcτιν ἅπαντα τἀναλώματα [αἱ χορηγίαι καὶ αἱ γυμναcιαρχίαι]· δεινὸν οὖν, εἰ τῶν ἱερῶν ἀτελής τις ἀφεθήcεται. ἐγὼ δὲ τὸ μέν τινας, οἷς ὁ δῆμος ἔδωκεν, ἀτελεῖς εἶναι τούτων [3]) δίκαιον ἡγοῦμαι, ὃ δὲ νῦν οὗτοι ποιήcουcιν, ἐὰν ἄρα ταῦτα λέγωcι, τοῦτ' εἶναι δεινὸν νομίζω — ὅτι δ' οὐκ ἔcτι ταὐτὸν ἱερῶν ἀτέλειαν ἔχειν καὶ λειτουργιῶν, ἀλλ' οὗτοι τὸ τῶν λειτουργιῶν ὄνομα ἐπὶ τὸ τῶν ἱερῶν μεταφέροντες ἐξαπατᾶν ζητοῦcι, Λεπτίνην ὑμῖν αὐτὸν ἐγὼ παραcχήcομαι μάρτυρα. Neque Harmodio et Aristogitoni, tyranni interfectoribus, sacrorum immunitatem concessam esse idem Demosthenes testatur XX, 128: ἀκούετε τῶν ἀντιγράφων τῆc cτήληc, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀτελεῖς αὐτοὺς εἶναι κελευόντων πλὴν ἱερῶν.

Minime vero decretum, quo Boeckhius usus est, ut locum explanaret, de quo disputamus, (C. I. Gr. 82 = C. I. A. II, 570) quicquam ad rem disceptandam valet; hoc enim titulo Plothenses iusserunt, ut pecuniae, quae in Plothensium, Epacrensium, Atheniensium ferias universis Plothensibus solvendae essent, e communi aerario penderentur, vs. 28 sqq.:

---

[1]) Cf. Schol. Dem. 494, 28: τὰ δὲ ἄλλα, λειτουργίαι καὶ χορηγίαι τρόπον τινὰ εἰς τοὺς θεοὺς ἀναλίcκονται. οὐδεὶς δὲ ἦν ἀτελὴς τούτων τῶν ἀναλωμάτων. διὰ τοῦτο cοφίζεται Λεπτίνης καί φηcι μὴ δεῖν διδόναι ἀτέλειαν τῶν ἱερῶν.

[2]) Hanc rem paulo infra copiosius explicare conabor.

[3]) Hac voce idem indicari ac verbis »ταῦτα ἅπαντα ἀναλώματα«, neque eam ad vocabulum »ἱερῶν« pertinere Westermannus iam l. c. optime cognovit. Neque enim Demosthenes, si omnino ei in animo fuisset etiam illa Leptinis verba: »δεινὸν οὖν, εἰ τῶν ἱερῶν ἀτελής τις ἀφεθήcεται« redarguere, tam brevi neglegenterque id fecisset.

καὶ ἐς τἆλλα ἱερά, ὅποι ἂν δέ[ῃ Π-]
[λ]ωθέας ἅπαντας τελεῖν ἀργύριο[ν ἐς]
[ἱ]ερά, ἢ ἐς Πλωθέας ἢ ἐς Ἐπακρέα[ς ἢ ἐς]
[Ἀ]θηναίους, ἐκ τοῦ κοινοῦ τοὺς ἄρχο[ντας,]
[ο]ἳ ἂν ἄρχωσι τοῦ ἀργυρίου τοῦ ἐς τ[ὴν ἀτ-]
[έ]λειαν, τελεῖν ὑπὲρ τῶν δημοτῶν.

Neque, quod Boeckhium ipsum non fugit[1]), singulis Plothensibus immunitas sacrorum tributa est, sed de sollemnibus hic agitur, quae δημοτικὰ et δημοτελῆ Athenienses appellabant.

d) Denique Westermannus[2]) Benselerum[3]) secutus id quoque Athenis lege cautum esse statuit, ne cui immunitas vectigalium ad mercaturam spectantium daretur. Ut autem penitus perspiciamus, quanti momenti sint Benseleri argumenta, certo sciamus oportet, quidnam rogatione illa Leptines egerit, suaseritne, quod iidem grammatici[4]) et Boeckhius[5]) existimant, ut universam immunitatem Athenienses dissolverent, an, quod Schaeferi[6]) Schoemannique[7]) sententia esse videtur, hanc ipsam legem de liturgiis sollemnibus unis tulerit.

Ipsa legis verba, quae Demosthenes §. 127 refert: γράφων

---

[1]) Dicit C. I. Gr. I p. 123: »Neque vero, si singuli ei vectigali obnoxii sint, ex publico solvuntor, sed si omnes«; cf. etiam Saupp. Philol. XXV p. 268.

[2]) Editionis Demosthen. orationum II[5], 173; 174 sq.; aliter idem iudicavit »de publ. hon.« p. 7.

[3]) Edit. Lept. p. VI.

[4]) Id sequitur ex rationibus, quibus usi opinionem, quam supra commemoravi, defendere conantur; cf. Westermann. l. c. p. 175: »Mit Rücksicht hierauf beantragte Leptines um Ol. 106, 1 [356] ein Gesetz zur gänzlichen Aufhebung der Atelie, zu einer Zeit, wo jeder Vorschlag zur Hebung der in Folge des Bundesgenossenkrieges erschöpften Finanzen Athens auf eine günstige Aufnahme beim Volke rechnen konnte«.

[5]) Oec. civ. Ath. I, 425: »Auch haben einzelne eine Befreiung von den Zöllen, vermuthlich jedoch allein für ihren Verbrauch: und nur wenige können sie gehabt haben, indem Demosthenes von der Abgabenfreiheit [ἀτέλεια] überhaupt aussagt, sie entziehe den öffentlichen Einkünften nichts, da dieselbe doch, an viele gegeben, die Zollpacht hätte herabdrücken müssen.

[6]) Demosth. u. seine Zeit I, 353 sq.: »Zu gleichem Zwecke geschah es, dass Leptines den Antrag stellte, durch ein Gesetz ein für allemal die Befreiung von den Liturgien aufzuheben«; p. 359 sqq.

[7]) »De causa Leptinea« (Gryphiswaldae 1855/6 = opusc. academ. I, 237 sqq.) p. 3: »Leptines igitur legem ad populum tulerat pertuleratque de immunitatibus quibusdam abolendis neque in posterum amplius concedendis, quae cuius modi fuerint non opus est nunc accuratius explicari«.

quae prius minoribus meritis tribuebantur, unis maioris momenti beneficiis impertita sunt, hominibus, quorum merita minima putabantur, omnino honor denegari debuit.

Sed proxeniae ornamentum immunitate minoris dignitatis fuisse Demosthenes ipse testatur, cum de proxenia atque immunitate §. 131 haecce verba faciat: ἔτι τοίνυν ἴϲωϲ ἐπιϲύροντεϲ ἐροῦϲιν, ὡϲ Μεγαρεῖϲ καὶ Μεϲϲήνιοί τινεϲ εἶναι φάϲκοντεϲ ἔπειτ' ἀτελεῖϲ εἰϲιν ἀθρόοι, παμπληθεῖϲ ἄνθρωποι, καί τινεϲ ἄλλοι δοῦλοι καὶ μαϲτιγίαι, Λυκίδαϲ καὶ Διονύϲιοϲ, καὶ τοιούτουϲ τινὰϲ ἐξειλεγμένοι. ὑπὲρ δὴ τούτων ὡδὶ ποιήϲατε, ὅταν ταῦτα λέγωϲιν· κελεύετε, εἴπερ ἀληθῆ λέγουϲι πρὸϲ ὑμᾶϲ, τὰ ψηφίϲματα, ἐν οἷϲ ἀτελεῖϲ εἰϲιν οὗτοι, δεῖξαι. οὐ γάρ ἐϲτ' οὐδεὶϲ ἀτελὴϲ παρ' ὑμῖν, ὅτῳ μὴ ψήφιϲμα ἢ νόμοϲ δέδωκε τὴν ἀτέλειαν. πρόξενοι μέντοι πολλοὶ διὰ τῶν πολιτευομένων γεγόναϲι παρ' ὑμῖν τοιοῦτοι, ὧν εἷϲ ἐϲτιν Λυκίδαϲ. ἀλλ' ἕτερον πρόξενόν ἐϲτ' εἶναι καὶ ἀτέλειαν εὑρῆϲθαι. Facilius igitur peregrini proxeniam impetrarunt, quam immunitatem. Quae res, licet totius, non liturgiarum solum immunitatis rationem habeas, inscriptionibus quoque ostenditur, cum, quod sciamus, usque ad annum, quo Demosthenes orationem Leptineam habuit, peregrinis proxenia vicies quater [1]), immunitas autem sexies [2]) solum tributa sit.

Eandem rationem inter immunitatem atque inscriptiones honorarias intercessisse e Dem. XX, 112 consequitur: ἔϲτι τοίνυν τιϲ πρόχειροϲ λόγοϲ, ὡϲ ἄρα καὶ παρ' ἡμῖν ἐπὶ τῶν προγόνων πόλλ' ἀγάθ' εἰργαϲμένοι τινὲϲ οὐδενὸϲ ἠξιοῦντο τοιούτου, ἀλλ' ἀγα-

---

[1]) C. I. A. I (16); 27; 45; 61 *a*; (65); (81); (94 *b*); (116 *a*); II, 1; 1 *c*; 3; (9); 21; 29; 36; 37; 38; 39; 40; 41; 42; 44; 45; 47; 48; 50; (66 *c*); 68; 69; 70; 86 [de εὐεργέτου titulo cf. I, 59; II, 25; 55]; numeris, quos uncis inclusi, ea indicantur decreta, quorum finis non integer est, eademque supra, cum non liqueret, num uterque honos an alteruter tantum tributus esset, consilio omisi; de aetate posteriore cf. C. I. A. II, 87; 89; 91; (95); (111); 119; 124; 131; (133); 144; (145); 150; (169); 170; 171; 183; 186; (198); (199); (200); 208; 209; 210; 282; 286; 289; 327; 380; 414; 423; 438; cf. Hartel. l. c. p. 114.

[2]) Cf. C. I. A. I, 40 (ἐχειροτόνηϲεν ὁ δῆμοϲ [Μεθων|αίου]ϲ τελεῖν '[όϲο]ν τῇ θεῷ ἀπὸ τοῦ φόρου ἐγίγνε[το — τοῦ | δὲ ἄ]λλου ἀτε[λεῖϲ εἶ]ναι); II, (16); 27 (μετοικίου); 42 (οἰκίαϲ ἔγκτηϲιγ καὶ ἀτέλ|[ειαν]); 48 ([ἰϲ]οτέλειαν; 54 ([ἀτ]έλειαν οἰ|κοῦντι Ἀθήνηϲι et [ἰ]ϲοτέλειαν); 86 (decretum de Sidoniis factum); de posterioribus temporibus cf. II, 91 (ἀτ|[έλειαν καὶ γ]ῆϲ ἔγκτηϲιν; 117 (ἐν] δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ μὴ ε[ἶναι εἰϲπρᾶξαι μ]|[ήτ]ε ϲτρατηγῷ κτλ.); 121 (ἀτελέϲιν μετοι]κ[ί]ου); 131 (ἀτ[έλειαν καὶ γῆϲ καὶ οἰκ]ίαϲ ἔγ[κτηϲιν]); 144 (ἀτέλειαν πά[ντων]); 222 ([ἀτελέ]ϲ[ιν] τοῦ μετοικίου); 224; isotelia peregrinis data est C. I. A. II, 97 *c*; 279; 279 *b*; 360; 413; 501.

πητῶς ἐπιγράμματος ἐν τοῖς Ἑρμαῖς ἔτυχον. Ceterum nequaquam omnes immunitates eodem honore fuisse per se patet. Haec iam sufficiant; ac paulo post non parvi Athenienses immunitatem aestimavisse ex civium meritis, ad quos hoc praemium delatum est, plane intellegemus.

§. 2. Nec vero sua sponte semper, sed etiam petitionibus permoti Athenienses hoc ornamento homines decoraverunt, quam ob rem Leptines, qui omnino liturgiarum immunitatem tolli volebat, civibus suasit, ne cuiquam in posterum liceret praemium illud rogare, quod Demosthenes refert XX, 155 sq.: ἴςτε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι τῶν τὰ δεινόταθ' ἡμᾶς ἀδικούντων ἓν ἑκάςτῳ τίμημ' ὑπάρχει διὰ τὸν νόμον, ὃς διαῤῥήδην λέγει· »μηδὲ τίμημα ὑπάρχειν ἐπὶ κρίςει πλέον ἢ ἕν, ὁπότερον ἂν τὸ δικαςτήριον τιμήςῃ, παθεῖν ἢ ἀποτῖςαι. ἀμφότερα δὲ μὴ ἐξέςτω.« ἀλλ' οὐχ οὗτος ἐχρήςατο τούτῳ τῷ μέτρῳ, ἀλλ', ἐάν τις ἀπαιτήςῃ χάριν ὑμᾶς, »ἄτιμος ἔςτω« φηςὶ καὶ »ἡ οὐςία δημοςία ἔςτω«[1]).

§. 3. Pauci tantum sunt cives, quos hoc honore ornatos esse accepimus: Harmodius atque Aristogito, Conon, Chabrias, Aristophon,

---

[1]) Cf. prooem. XX p. 452; et alter. prooem. p. 453 sq. De eadem re ad alios honores pertinente cf. Hartel. l. c. p. 237—241. Idem petitionis mos in universum commemoratur Dem. XX, 151: ἐγὼ δ', εἰ πολλοῦ τῇ πόλει Δεινίας ἄξιον αὐτὸν παρέςχηκεν, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ νὴ τοὺς θεούς, μᾶλλον ἂν παραινέςαιμι αὐτῷ τινα τιμὴν ὑμᾶς ἀξιοῦν δοῦναι, ἢ τὰς ἑτέροις πρότερον δοθείςας ἀφελέςθαι κελεύειν· πολὺ γὰρ βελτίονος ἀνδρός ἐςτιν, ἐφ' οἷς αὐτὸς εὖ πεποίηκεν ἀξιοῦν τιμᾶςθαι, ἢ ἐφ' οἷς ἕτεροι ποιήςαντες ἐτιμήθηςαν φθονεῖν; XXIII, 123: οὐ τοίνυν ἔγωγε οὐδ' ἐκεῖνο ἰδεῖν δύναμαι, ὡς οὐχὶ πάντες ἄνθρωποι τούτων ἀξιώςουςι τυχεῖν, ὅςοις πέρ ἐςτιν καὶ ἡτιςοῦν εὐεργεςίας πρόφαςις πρὸς ὑμᾶς, εἰ Χαριδήμῳ δώςετε, οἷον εἰ βούλεςθε, Σίμων Βιάνωρ Ἀθηνόδωρος ἄλλοι μυρίοι; 124: φέρ', ἐὰν δὲ δὴ καὶ Μενέςτρατος ἡμᾶς ὁ Ἐρετριεὺς ἀξιοῖ ταῦτα καὶ αὐτῷ ψηφίςαςθαι ἢ Φαῦλλος ὁ Φωκεὺς ἤ τις ἄλλος δυνάςτης — πότερον ψηφιούμεθα πᾶςιν ἢ οὔ; φηριούμεθα νὴ Δία; de civitatis petitione mentio fit Dem. XXIII, 127: Πύθων οὑτοςί, ὅτε μὲν Κότυν εὐθὺς ἀπεκτονὼς οὐκ ἀςφαλὲς ἡγεῖτο ἀπελθεῖν, ὅποι τύχοι, ἦλθεν ὡς ὑμᾶς καὶ πολιτείαν ᾔτηςε καὶ πάντων ἐποιήςατο πρώτους ὑμᾶς, ἐπειδὴ δὲ οἴεται τὰ Φιλίππου πράγματα ςυμφέρειν αὑτῷ μᾶλλον, οὐδ' ὁτιοῦν ὑμῶν φροντίςας τἀκείνου φρονεῖ; cf. LIX, 13: τίς γὰρ ἂν ἔτι παρὰ τοῦ δήμου ζητήςειε λαβεῖν δωρεὰν μετὰ πολλῶν ἀναλωμάτων καὶ πραγματείας πολίτης μέλλων ἔςεςθαι, ἐξὸν παρὰ Στεφάνου ἀπ' ἐλάττονος ἀναλώματος, εἴ γε τὸ αὐτὸ τοῦτο γενήςεται αὐτῷ; LVII, 3: ἐγὼ γὰρ οἴομαι δεῖν ὑμᾶς τοῖς μὲν ἐξελεγχομένοις ξένοις οὖςι χαλεπαίνειν, εἰ μήτε πείςαντες μήτε δεηθέντες ὑμῶν λάθρᾳ καὶ βίᾳ τῶν

Miltiades, Zoili filius[1]), qui omnes, excepto Miltiade, liturgiarum sollemnium immunes fuerunt[2]), quod vero munus Miltiadi sit condonatum, quo modo traditum est decretum ad hunc hominem pertinens[3]), equidem non audeo disceptare.

§. 4. Quibus ex viris quinque priorum progenies quoque eodem honore fruebatur, qua in re animadvertendum est posteris solum, quoad re vera eiusdem fuerunt familiae neque in alienae familiae

---

ὑμετέρων ἱερῶν καὶ κοινῶν μετεῖχον, τοῖς δ' ἠτυχηκόσι καὶ δεικνύουσι πολίτας ὄντας αὐτοὺς βοηθεῖν καὶ σώζειν; de corona a senatoribus petenda Dem. XXII, 8: ὁ νόμος, φησίν, οὐκ ἐᾷ τὴν βουλὴν αἰτῆσαι τὴν δωρεάν, ἐὰν μὴ ποιήσηται τὰς τριήρεις; prooem. XXII p. 587; 591. Similiter in aliis quoque civitatibus res se habuit, velut Spartae [Le Bas et Waddington. »Inscriptions grecques et latines« part. II, sect. IV, tit. 194: πόθοδον ποιησαμένου Δαμίωνος | τοῦ Θεοκρίτου 'Αμβρακιῶτα περὶ | προξενίας καὶ ἐπελθόντος ἐπί|τε τὰς συναρχίας καὶ τὸν δᾶ|μον καὶ ἀπολογισαμένου, ἃ ἦν πεποι|[η]κὼς εὔχρηστα] et Geronthris [l. c. tit. 228 *c*].

[1]) Quadam ex parte etiam immunitas, quae Leuconi concessa est, huc referri potest; nam cum eum civem Atheniensem factum esse memoriae proditum sit (§. 30), §. 40 (καὶ μὴν οὐδ' ὅπως οὐκ ἀντιδώσει τῷ Λεύκωνί τις, ἐὰν βούληται, δύναμαι σκοπούμενος εὑρεῖν) non de muneribus, quae peregrinis praestanda erant, sed de officiis agi, ad quae cives adstringebantur, itaque Leuconem aut tum, cum civitate donatus est, aut (cf. §. 35: τὰ ψηφίσματα τὰ περὶ τοῦ Λεύκωνος et p. 140), postquam hoc honore Athenienses eum sunt prosecuti, immunitatis privilegium adeptum esse liquet; quod Tissot neglexit l. c. p. 77 dicens: »Ces charges (liturgies ordinaires) frappaient non seulement les métèques et les isotèles, — mais tous les étrangers, qui, ne résidant pas dans cette ville, y jouissaient de l' ἔγκτησις. C' est ce, qu' il est permis de conclure du passage, où Démosthène, admettant le maintien de la loi de Leptine, montre qu' une de ses premières conséquences serait de mettre Lycon, roi de Bosphore, dans l' alternative de perdre les biens, qu' il possède à Athènes, ou de se soumettre à l' échange légal.« Sed accuratius rem hoc loco tractare mihi non in animo est, quippe cum vim ornamentorum, quae in Leuconem congesta sunt, tum demum penitus perspiceremus, si exposuissemus, quaenam fuissent peregrinorum munera. Id unum commemoro Leuconem etiam coronae praemio honoratum esse titulo, quem Cumanudis primus 'Αθην. VI, 152 sqq. edidit (cf. Schaefer. Mus. Rhen. XXXIII, 418 sqq.; Hartel. l. c. 96 sqq. aliisque locis), nos doceri vs. 26 sqq.: [ποιε]ῖσθαι δὲ τοὺς στεφάνους το|ὺς ἀθλοθέ[τας] τῷ προτέρῳ ἔτει Παναθηνα|ίων τῶν μεγ[ά]λων κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου | τὸ πρότερον ἐψηφισμένον Λεύκωνι.

[2]) Dem. XX, 128 sq. (cf. §. 130); 70; 75; 79; 148: καὶ μὴν πρός γε 'Αριστοφῶντα πολλὰ καὶ δίκαι' ἂν ἔχειν εἰπεῖν οἶμαι· οὗτος εὕρετο τὴν δωρεὰν παρ' ἡμῖν, ἐν ᾗ τοῦτ' ἐνῆν.

[3]) C. I. A. II, 421 (medio altero saeculo a. Chr. n. exarat.) *a* vs. 15 sq.: — — αι] δὲ αὐτῷ ἀτέλειαν τῶν ε[ἰσαγομένων (?)].

nomen sunt adsciti, maiorum ornamenta concessa, sed, ubi primum ab homine aliquo adoptati vel adrogati sunt, adempta esse[1]; Isaei enim orationis V sectione 47, qui orationem habebat, Dicaeogeni a Dicaeogene, Meneclis filio, familiae se insertum esse simulanti pecuniarum tantum cupiditate obiecit eum adduci, ut ipsa Harmodii, abavi sui, praemia respueret („ἀλλ' ἴςως διὰ τοὺς προγόνους ἀξιώςεις μου πλέον ἔχειν, ὅτι τὸν τύραννον ἀπέκτειναν. ἐγὼ δ' ἐκείνους μὲν ἐπαινῶ, coὶ δὲ οὐδὲν ἡγοῦμαι τῆς ἐκείνων ἀρετῆς μετεῖναι. πρῶτον μὲν γὰρ εἵλου ἀντὶ τῆς ἐκείνων δόξης τὴν ἡμετέραν οὐςίαν κτήςαςθαι, καὶ ἐβουλήθης μᾶλλον Δικαιογένους καλεῖςθαι υἱὸς ἢ Ἁρμοδίου, ὑπεριδὼν μὲν τὴν ἐν Πρυτανείῳ ςίτηςιν, καταφρονήςας δὲ προεδριῶν καὶ ἀτελειῶν, ἃ τοῖς ἐξ ἐκείνων γεγονόςι δέδοται“). Simul igitur hoc statuere licet, qui in alicuius familiae nomen adscitus erat, eundem participem factum esse huius familiae honorum.

Ut vero iis, qui indignos se praestitissent maiorum ornamentis, ea abrogarentur, Athenienses, antequam Leptines rogationem tulit, nondum decrevisse ex hisce Demosthenis verbis luce clarius fit (§. 96 sq.): τοῦτο μέν ἐςτιν ἐν τοῖς οὖςι νόμοις κυρίοις ὑπάρχον καλόν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ςαφές, τὰς δωρεάς, ὅςας ὁ δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι. — οὔκουν ἐναντίον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῷ κυρίας εἶναι τὰς δωρεάς, ὅςας ὁ δῆμος ἔδωκε, τὸ μηδὲν εἶναι ἀτελῆ τούτων, οἷς ὁ δῆμος ἔδωκεν; ςαφῶς γ' οὑτωςί. ἀλλ' οὐκ ἐν ᾧ νῦν ὅδε (scil. Κτήςιππος) ἀντειςφέρει νόμῳ, ἀλλ' ἅ τ' ἐδώκατε, κύρια, καὶ πρόφαςις δικαία κατὰ τῶν ἢ παρακρουςαμένων ἢ μετὰ ταῦτ' ἀδικούντων ἢ ὅλως ἀναξίων, δι' ἥν, ὃν ἂν ὑμῖν δοκῇ, κωλύςετ' ἔχειν δωρεάν.

Ceterum, si praemia, quibus civitas aliquem ornaverat, in eius progeniem quoque erant deferenda, id ipsum claris verbis in decretis notatum esse apparet[2]).

---

[1]) Eadem lex de hereditate valuit; sed dignum puto, quod notetur: etiam si quis in alienae domus nomen adscitus sit, eum non amisisse iura, quae per maternam originem ei erant (Isaei VII, 25: μητρὸς δ' οὐδεὶς ἐςτιν ἐκποίητος, ἀλλ' ὁμοίως ὑπάρχει τὴν αὐτὴν εἶναι μητέρα, κἂν ἐν τῷ πατρῴῳ μένῃ τις οἴκῳ κἂν ἐκποιηθῇ; cf. §. 23 sq.; cf. Platner. „Beiträge zur Kenntniss d. att. Rechtes“ p. 112 sq.)

[2]) Caveas ergo, ne decipiaris Wolfii verbis (l. c. p. 75): „Plura autem ex his ea lege dari solebant, ut ad filios et posteros tamquam hereditatis iure cederent. Certe immunitatis dandae — vix fuit alia condicio“.

§. 5. Harmodio atque Aristogitoni et Chabriae etiam statuae aeneae positae sunt[1]), quem honorem, quamquam eo Conon quoque est adfectus, non una cum immunitate huic imperatori decretum esse numero plurali »ψηφίςματα«, quo Demosthenes XX, 70 utitur, significari puto; praeterea Harmodius et Aristogito eorumque posteri praemio ornati sunt publice in Prytaneo cenandi[2]) ac sedendi in primis spectaculis[3]). Quanta vero apud Athenienses illorum gloria fuerit, optime ex eo intellegas, quod carminibus eos praedicabant[4]) atque constituerunt, ut, qui rem publicam defendentes iacturam fecissent, iisdem honoribus decorarentur atque Harmodius et Aristogito[5]).

§. 6. Nec parvi haberi posse merita, quorum causa in viros illos talia ornamenta congesta sunt, neminem fugiet, si haecce respexerit: Harmodium Aristogitonemque urbem liberasse tyrannis; Cononem Lacedaemonios Cnidi[6]) devicisse, eorum propraetores (ἁρμοςτάς) ex insulis pepulisse, Athenarum moenia exaedificasse, sociis Atheniensium libertatem restituisse fundamentumque posuisse sum-

---

[1]) Rangab. l. c. tit. 565; Dem. XX, 70: διόπερ οὐ μόνον αὐτῷ τὴν ἀτέλειαν ἔδωκαν οἱ τότε, ἀλλὰ καὶ χαλκῆν εἰκόνα ὥςπερ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριςτογείτονος ἔςτηςαν πρώτου; Lucian. de paras. §. 48 (ed. Iacob.); Lycurg. Leocr. 51; Pausan. I, 8, 5; Aeschin. III, 243: ἐπερώτηςον δὴ τοὺς δικαςτάς, εἰ ἐγίγνωςκον Χαβρίαν καὶ Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον, καὶ πυθοῦ παρ' αὐτῶν, διὰ τί τὰς δωρεὰς αὐτοῖς ἔδοςαν καὶ τὰς εἰκόνας ἔςτηςαν· ἅπαντες γὰρ — ἀποκρινοῦνται, ὅτι Χαβρίᾳ μὲν διὰ τὴν περὶ Νάξον ναυμαχίαν.

[2]) C. I. A. I, 8; Din. I, 101: περιεῖδες αὐτὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ χαλκοῦν σταθέντα καὶ τῆς ἐν τῷ πρυτανείῳ ςιτήςεως κεκοινωνηκότα τοῖς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριςτογείτονος ἀπογόνοις; Isaei V, 47.

[3]) Isaei V, 47; cf. Schoell. Herm. VI, 27.

[4]) Dem. XIX, 280: ὑπομενεῖτε — Θραςύβουλον — τάλαντα δέκα ὠφληκέναι, καὶ τὸν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ τῶν τὰ μέγιςτ' ἀγαθὰ ὑμᾶς εἰργαςμένων, οὓς νόμῳ — ἐν ἅπαςι τοῖς ἱεροῖς ἐπὶ ταῖς θυςίαις ςπονδῶν καὶ κρατήρων κοινωνοὺς πεποίηςθε καὶ ᾄδετε καὶ τιμᾶτε ἐξ ἴςου τοῖς ἥρωςι καὶ τοῖς θεοῖς etc.; Schol. Aristoph. Acharn. 980: τὸν Ἁρμόδιον ᾄςεται] ἐν ταῖς τῶν πόνων ςυνόδοις ᾖδόν τι μέλος Ἁρμοδίου καλούμενον, οὗ ἡ ἀρχὴ »φίλτατε Ἁρμόδιε, οὔτι που τέθνηκας« ᾖδον δὲ αὐτὸ εἰς Ἁρμόδιον καὶ Ἀριςτογείτονα, ὡς καθῃρηκότας τὴν τῶν Πειςιςτρατιδῶν τυραννίδα; 1093; de carminibus in aliorum hominum honorem cantatis cf. Schol. Aristoph. Vesp. 1246.

[5]) Dem. XX, 159: ἀλλ' ἀναμνηςθέντες — τῆς Δημοφάντου ςτήλης, περὶ ἧς εἶπε Φορμίων, ἐν ᾗ γέγραπται καὶ ὀμώμοται, ἄν τις ἀμύνων τι πάθῃ τῇ δημοκρατίᾳ, τὰς αὐτὰς δώςειν δωρεάς, ἅςπερ Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριςτογείτονι, καταψηφίςαςθε τοῦ νόμου.

[6]) Din. I, 75.

mae imperii, quae tum a Lacedaemoniis ad Athenienses deferebatur[1]; Chabriam res praeclare gessisse apud Thebanos, in Aegina, Cypri, in Aegypto, Lacedaemonios pugna navali ad Naxum[2]) profligasse, undequinquaginta navibus potitum multas eorum insulas Athenis, antea inimicas, amicas reddidisse, tria milia militum cepisse, plus centum decem talentis in aerarium rettulisse[3]), ut Demosthenes XX, 78 dicat: ἐνὶ δὲ κεφαλαίῳ μόνος τῶν πάντων στρατηγῶν οὐ πόλιν, οὐ φρούριον, οὐ ναῦν, οὐ στρατιώτην ἀπώλεσεν οὐδέν' ἡγούμενος ὑμῶν, οὐδ' ἔστιν οὐδενὶ τῶν ὑμετέρων ἐχθρῶν τρόπαιον οὐδὲν ἀφ' ὑμῶν κἀκείνου, ὑμῖν δ' ἀπὸ πολλῶν πόλλ' ἐκείνου στρατηγοῦντος; Miltiadem summam prae se tulisse liberalitatem et ex decreti, de quo hoc loco agitur, reliquiis[4]) et ex altero colligi posse, quo alii honores eidem Miltiadi donati sunt[5]).

§. 7. Unum, quod exstat decretum ad immunitatem spectans, quae civi est concessa, probuleuma est (C. I. A. II, 421 *a* vs. 2 sq.: ἔδοξεν] | τεῖ βου[λεῖ καὶ τῷ δήμῳ· ὁ δεῖνα — — —] Μελιτεὺς [εἶπεν]; vs. 10 sqq.: ἀγαθεῖ τ[ύχει δεδόχθαι τῇ βουλῇ τοὺς λαχόντας προέδρους εἰ]ς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλη[σίαν χρηματίσαι περὶ τούτων, γνώμην δὲ ξυ]μβάλλεσθαι τῆς βουλῆς [εἰς τὸν δῆμον])[6]); cuius modi

[1]) Dem. XX, 68 sqq.; cf. Schol. Dem. 477, 17.

[2]) Aeschin. III, 243; Din. I, 75.

[3]) Dem. XX, 75 sqq.

[4]) C. I. A. II, 421 *a*, 7: πάντα ἐπαγγέ[λλεται]; *b*, 6: [εὔχρ]ηστον ἑαυτόν; *c* 5: [εἰσήνε]γκεν παρ' ἑαυτοῦ, 6: [ἀνή]λωσεν πρὸς τό, 12: ἀξίως τῆς τε, 24: εις εὐσχημό[νως].

[5]) C. I. A. II, 446 vs. 1—14 et in primis vs. 14 sqq.: καὶ εἰς ταῦτα | ἅ[παντα] ἀπολογίζεται[ι ἀνη]λωκὼς ἐκ τῶν ἰδίων ὑπὲρ τὰς τρισ|χιλ[ί]ας [τ]ριακοσίας ἐνε[νή]κοντα δραχμάς.

[6]) Altera populi decretorum forma in titulis invenitur ad peregrinos pertinentibus: C. I. A. II, 117; 121; 222 (? cf. Hartel. »Stud. über att. Staatsr.« p. 56) — Quod Hartelius sibi proposuerat demonstrare — »priusquam populus in suffragium mitteretur, necesse fuisse senatui concedi, ut ad populum ferret« — nuper Gilbertus ann. phil. CXIX p. 225 sqq. redarguere conatus est. Sed argumenta, quae protulit, ita mihi quidem videntur comparata esse, quibus, si omnia rata veraque putares, id tantum ostenderetur, duas de eadem re ferri posse sententias (cf. quae Gilbertus dicit p. 232 initio), minime vero idonea, quibus adducamur, ut falsum atque inane eius adversarii iudicium existimemus. Immo quae Hartelius de suae ipsius sententiae probabilitate ac de offensionibus exposuit, quae moventur defensa aliorum grammaticorum opinione (Stud. über att. Staatsr. p. 182), tituli, quibus populus iussit, ut senatus de quibusdam rebus consuleret, in primis C. I. A. I, 38; 40; 49; II, 18; 61; 65; 96; 175 *b*; 'Αθην. VI, 152; C. I. A. II, 66 *b*, et in quibus senatus coactum demum populi scito se iubere, ut Athenienses suffragium inirent,

decretorum quae sit vis ac natura, — nempe in omnibus rebus, de quibus penes populum solum erat sciscere iubereque, tria opus fuisse: προβούλευμα, προχειροτονίαν, ψήφισμα — optime iam cognovimus ex quaestionibus, quas Hartelius instituit »Demosth. Stud.« II p. 51—75 et »Studien über att. Staatsrecht« p. 202 sqq. aliisque locis.

Neque id omittendum est, ut unicuique Atheniensi licuit ad populum ferre non solum, ut ad decreta, quae senatus suaserat, sed etiam ut ad ea, quae populo ipsi iam placuerant, quaedam adderentur[1]), ita immunitatem quoque huiusce modi demum rogationibus ad honores, quos alicui aut senatus dari voluerat, aut populus iam detulerat, interdum adiectam esse. Cuius rei inlustrandae causa, cum tituli ad cives pertinentes desint, duas hoc loco ponam inscriptiones, quibus peregrinis hoc ornamentum tributum est:

C. I. A. II, 54 *b*, 7 sqq.:

Κρατῖνος εἶπεν· [τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ τῆ-]
ι βουλῆ, περὶ ὧν Ἀσ[τυκράτης ὁ Δελφὸς λ-]
έγει· εἶναι Ἀστυκρ[άτην Ἀθηναῖον κα-]
ὶ ἐκγόνους αὐτοῦ καὶ εἶνα[ι αὐτὸν φυλῆς,]
ἧστινος [ἂ]ν ἀπογράφηται, [κα]ὶ [δήμου καὶ]
φρατρίας· ἐπιμελεῖσθαι [δὲ] αὐτο[ῦ καὶ τ-]
ὴμ βουλὴν τὴν ἀεὶ βο[υ]λε(ύ)ουσαν, ἐάν[του]
δέηται· εἶναι δὲ αὐτῷ κα[ὶ ἀτ]έλειαν οἰ-
κοῦντι Ἀθήνησι.

C. I. A. II, 86, 29 sqq.:

Μενέξενος εἶπεν· τὰ μὲν ἄλλα καθά-
περ Κηφισόδοτος· ὁπόσοι δ' ἂν Σιδω-
νίων οἰκοῦντες ἐσ Σιδῶνι καὶ πολι-
τευόμενοι ἐπιδημῶσιν κατ' ἐμπορ-
ίαν Ἀθήνησι, μὴ ἐξεῖναι αὐτοὺς μετ-
οίκιον πράττεσθαι μηδὲ χορηγὸν
μηδένα καταστῆσαι μηδ' εἰσφορὰν
μηδεμίαν ἐπιγράφειν.

---

declaravit (C. I. A. II, 76; 82 *b*; 126; 175 *b*; cf. Hartel. l. c. p. 183—201, et praecipue p. 189 ac 201), quae de C. I. A. II, 1 *b*, 168, 186 Hartelius disseruit duas contiones, quae de una eademque re fieri deberent, saepius aliquanti temporis intervallo disiunctas esse probaturus (cf. p. 208—221, et in primis p. 211; 214 sq.; 216) — haec omnia a Gilberto, si titulum 168 excipias, neglecta tanti momenti sunt, quibus permotus in Hartelii acquiescam iudicio. — Haec iam sufficiant, cum nec locus nec tempus sit, uberius disputando, quae Gilbertus obiecit, refellere; sed cf. quae Hartelius ipse nuperrime exposuit in »Wiener Studien« I p. 269—294.

[1]) Cf. Hartel. Stud. über att. Staatsr. p. 221—226 et aliis locis.

§. 8. Restat, ut nequaquam, quod Blassius[1] opinatus est, fidem abrogandam esse commemorem Dioni Chrysostomo, qui XXXI, 128 p. 350 M. rogationem Leptineam ab Atheniensibus non sancitam esse narrat; nam non solum omnino immunitatem postea fuisse C. I. A. II, 421, qui titulus medio secundo a. Chr. n. saeculo scriptus est, et C. I. A. II, 131 (καὶ ἀτ[έλειαν καὶ γῆς καὶ οἰκ]|ίας ἔγ[κτη-σιν]), 144 (ἀτέλειαν πά[ντων]), 224 (τὴν ἀτέλ[ειαν]) demonstratur, si recte Koehlerus has inscriptiones post Ol. 106 [tit. 224 aetate Macedonica] confectas esse statuit, sed liturgias quoque, quarum solum Leptinem rationem habuisse equidem probare studui, his temporibus civibus ac peregrinis interdum Athenienses remisisse decreto probabile fit, quo nulla addita exceptione constituerunt, ut Leuconis filiis eadem praemia persolverentur, quae Satyro ipsique Leuconi essent tributa ('Αθην. VI, 152 sqq. vs. 20 sqq. [Ol. 108, 2]):

[ἐπ]ε[ι]δὴ δὲ τὰς δω[ρειὰ]ς διδόασι-
ν Ἀθηναίοι[ς, ἅς]περ Σ[άτ]υ[ρ]ος καὶ Λεύκων ἔδο-
σαν, εἶναι [Σπαρτ]ό[κ]ῳ [κ]αὶ Παιρισάδει τὰς δ-
ωρειάς, ἃς [ὁ δῆμ]ος ἔδωκε Σατύρῳ καὶ Λεύκω-
νι;

quo loco amicitiam, quam antea Athenienses cum Bospori principibus instituerant, minime mutatam esse simul docemur (cf. p. 138 n. 1).

B. De immunitatibus, quas singulae sodalitates dederunt.

Extremo opusculo referam, quae de immunitate a tribubus, pagis, phratriis concessa inscriptionibus tradita sint, quibus unis huic rei lumen adfertur.

Cap. I. De immunitate a tribubus decreta.

Quod supra iam de tribuum auctoritate exposuimus[2]), ratione quoque confirmatur, quam in hoc privilegio deferendo eas secutas esse accepimus, neque enim officiis tribubus ipsis praestandis, sed sollemnibus liturgiis tribules levatos esse legimus[3]), a Pandionide

---

[1]) Att. Bereds. III p. 239; cf. Schaefer. »Dem. u. seine Zeit« I, 373; Westermann. ed. II p. 176 sq.; Benseler ed. p. 17.

[2]) Cf. p. 95 et 102.

[3]) Patet eas liturgiarum excipiendas esse, quas qui subirent non penes tribus fuit constituere; cf. 96 n. 5 et de arrhephoria Mommsen. »Heortologie« p. 446.

Demonem, Demomelis filium, Paeaniensem (Ol. 98, 3 = 386/5) [1]) et ab Erechtheide Sauriam, Phythogenis filium, Lamptrensem [2]).

Qua re nequaquam civitatis amplitudo imminuta est, cum per tribus Athenienses haec munera civibus imperavissent itaque ex suis quaeque tribus sodalibus designare debuisset, qui iis fungerentur, atque, etsi nonnullos tribulium immunitate donaverant, tamen totidem semper iis cogendi fuissent, qui his officiis obligarentur.

Demo Pandionis sacerdos fuit ac benevolentiae in tribules causa liturgiarum immunitate, quae viventi ei ne adimeretur placebat, et corona aurea in conventu post Pandia habito ornatus est [3]); Sauriam, cum choregus nominatus palmam tulisset studuissetque, ut quam praeclarissime alias etiam liturgias faceret, eadem immunitate in certum, ut videtur, tempus et corona frondea tribules decoraverunt [4]). Quod tantum ad tempus vel in omnem vitam immunitas tributa neque ad posteros idem praemium delatum est, profecto non mirum videtur, cum, quo minor eorum est multitudo, quibus munera imponuntur, eo gravius premantur sodales, si complures eorum officiis sint liberati.

Cap. II. De immunitate a pagis tributa.

Iam explicaturus, quibus condicionibus pagani munera remiserint, de duabus rebus necesse est seiunctim exponere, quae non spectant ad immunitatem honoris causa decretam.

§. 1. Pagos, cum praedia conlocarent, constituisse, num ipsi an conductores tributum penderent, si quod ad belli usum publice exigeretur, et placuisse iis, ut conductores vectigalibus publicis levarentur ipsique ea solverent, in iis, quae antecedunt [5]), narravimus.

§. 2. Deinde Plothenses iusserunt, ut ad sacra, quae aut soli aut una cum aliis pagis celebrabant, pecuniae, quibus opus esset, ex communi aerario pro paganis numerarentur C. I. A. II, 570:

καὶ ἐc τἆλλα ἱερά, ὅποι ἂν δέ[ῃ Π-]
[λ]ωθέαc ἅπανταc τελεῖν ἀργύριο[ν ἐc]

---

[1]) C. I. A. II, 554 *b*.

[2]) C. I. A. II, 557.

[3]) l. c. vs. 12 sqq.: καὶ δοῦναι [αὐτῷ ἀτέ]λειαν τῶν ἐκ [τῶν νόμων λ]ητουργιῶν [ἁπαcῶν (?), ἐφ' ὃ ἂ]ν ζῇ.

[4]) l. c. vs. 9 sqq.: εἶναι αὐτ[ῷ ἀτέλειαν] τ[ῶ|ν λῃ]τουργιῶν τ[ῶν ἐγκυκλίων διὰ | δύο (?) ἔ]τη. De aliis tribuum titulis honorariis cf. p. 102.

[5]) Cf. p. 40 n. 3 et 103 sq.

[ἱ]ερά, ἢ ἐc Πλωθέαc ἢ ἐc Ἐπακρέα[c ἢ ἐc]
[Ἀ]θηναίουc, ἐκ τοῦ κοινοῦ τοὺc ἄρχο[νταc,]
[ο]ἳ ἂν ἄρχωcι τοῦ ἀργυρίου τοῦ εἰc τ[ὴν ἀτ-]
[έ]λειαν, τελεῖν ὑπὲρ τῶν δημοτῶν —

Quibus ex verbis id certo colligi licet, singulis paganis, antequam hoc decretum factum est, pecunias esse imperatas, quibus ad hunc finem pagus uteretur: hoc enim modo optime explices, quod aerarii pars, ex qua pecuniae solvendae erant, „τὸ εἰc τὴν ἀτέλειαν“ nominatur, cum, si non ita, ut equidem statuo, res se habuisset, profecto ad aliam aerarii partem esset delegatum, nempe ad „τὸ εἰc τὰ ἱερά“, quam minime eandem fuisse ac priorem illam verbis ostenditur, quae titulo primo sunt exarata:

[δη]μάρχῳ X
[τα]μίαιν ἐc τὰ δι' ἔτουc ἱερὰ 𐅇
[ἐ]c τὸ Ἡρακλεῖον 𐅇IXX
[ἐ]c Ἀφροδίcια XHH
[ἐ]c Ἀνάκια XHH
[ἐ]c τὴν ἀτέλειαν 𐅇I
[ἐ]c Ἀπολλώνια XH
[ἐ]c Πάνδια [𐅆]H
[μ]ιcθώcεων HΔΔΔ⊢⊢⊢IIC

Simul verbis, quae sententiam „καὶ ἐc τἆλλα ἱερά“ etc. antecedunt vs. 22 sqq.:

ἀπὸ δὲ τοῦ τόκου [τε κ-]
αὶ τῶμ μιcθώcεων, ἀντὶ ὅτου ἂν τ[ῶν κε-]
[φ]αλαίων ὠνήματα ᾖ μί[c]θωcιν φ[έρο-]
[ν]τα, θύειν τὰ ἱερὰ τά τε ἐc Πλωθει[ᾶc κ-]
οινὰ καὶ τὰ ἐc Ἀθηναίουc ὑπὲρ Πλ[ωθέ-]
[ω]ν τοῦ κοινοῦ καὶ τὰ ἐc τὰc πεντετ[ηρί-]
[δ]αc

pecuniis illis non ipsarum victimarum, quae a pago immolabantur, sed eos sumptus toleratos esse, qui praeterea in feriis quibusdam conlocandi erant, manifestum fit itaque nequaquam miramur, quod initio huius inscriptionis legimus non solum „ἐc τὰ δι' ἔτουc ἱερά“ atque „ἐc Ἀφροδίcια“ etc., sed etiam „ἐc τὴν ἀτέλειαν“: illa enim ad sacrificia, hoc ad alias impensas pertinuit.

Denique sollemnium tantum impendia ex illa aerarii parte Plothenses sustinuisse animadvertendum est. Nam, ut praeteream nihil cogitari posse de legibus, quae in praediis locandis fiebant quibusque sanciebatur, ne conductor tributum belli causa imperatum

neve vectigal publice exactum pensitaret, quippe cum non conductoris, sed pagi, utpote bonorum possessoris, fuerit illa conferre: ne ad liturgiarum quidem immunitatem pecunias, quas „εἰς τὴν ἀτέλειαν“ Plothenses appellabant, spectasse ex munerum horum, quae nullam rationem habuerunt cum communi aerario, natura efficitur; neque ad vectigalium, quae pago solvenda erant, immunitatem has pecunias referri licet, cum vectigalibus ad diversas res pagani certe usi sint, et in universum hoc titulo summa commemoretur in immunitate conlocata, contra, si pecuniae, quae nonnullis vectigalium onere liberatis defuissent, a Plothensibus expletae essent, non immunitati, sed ipsis rebus expensae ferrentur, ad quarum sumptus re vera essent adhibitae. Ceterum sententia, quam protuli, eo quoque defendi videtur, quod verba „ἐς τὴν ἀτέλειαν“ inter sumptus ad sacra spectantes posita sunt.

§. 3. Tria tantum decreta exstant, quibus immunitatem honoris causa pagi civibus Atheniensibus detulerunt, unum Lamptrensium (C. I. A. II, 582), alterum Eleusiniorum (Bull. de corresp. Hell. III, 121), tertium Piraeensium (C. I. A. II, 589)[1], eaque de hominibus facta, qui bona solum in his pagis possidebant neque iis erant adscripti, de Philocede, Aristarchi filio, Acharnensi, de Dercylo, Antoclis filio, Hagnusio, imperatore, de Callidamante, Callimedontis filio, Chollida.

Immunitatis vox, quae in duabus prioribus inscriptionibus nude posita est (vs. 11 sq.: καὶ δοῦναι αὐτῷ ἀτέλειαν et vs. 16 sqq.: εἶναι δὲ αὐτῶι ἀτέλειαν), ut ex tertii tituli verbis (vs. 25 sqq.): „τελεῖν δὲ αὐτὸν τὰ αὐτὰ τέλη ἐν | τῷ δήμῳ, ἅπερ ἂγ καὶ Πειραιεῖς, καὶ μὴ ἐ|γλέγειμ παρʼ αὐτοῦ τὸν δήμαρχον τὸ ἐγκτ|ητικόν“ liquet, praecipue vectigalis, quod ἐγκτητικόν vocabatur, immunitas intellegatur oportet. Quibus aliis rebus iidem viri hoc praemio donati liberi evaserint, dubium est; sed id confidenter negamus, sacrorum immunitatem, de qua modo disseruimus, ad homines huius generis pertinere potuisse, quippe cum, etsi haec immunitas apud pagos, de quibus agitur, fuerit, tributa illa paganos ipsos, non homines pensitasse, qui aliorum pagorum erant sodales, cognoverimus[2].

---

[1]) Quartum titulum, ad eandem rem spectantem (C. I. A. II, 574, cum nullum paganorum Atticorum nomen in „βαιος“ desinat [— Koehlerus Θηβαῖον coniecit —], industria omitto.

[2]) Eodem modo Koehleri opinio redarguitur, qui C. I. A. II, 574 hanc immunitatem ad peregrinum fortasse referri posse existimat.

Lamptrenses Eleusiniique insuper constituerunt, ut Philocedes ac Dercylus propter officiorum religionem in omnibus sacris, quae ipsi facerent, participes essent epularum sacrificalium, qui honos etiam Callidamanti a Piraeensibus impertitus est, nisi quod ea exceperunt sollemnia, quibus unis paganis interesse licebat. Praeterea Callidamas corona frondea[1]), Dercylus corona aurea, uterque iure in primis spectaculis sedendi[2]) decoratus est, deinde Callidamanti optio est data paganorum ordinis eligendi, in quem referretur.

Denique immunitate aliisque ornamentis ipsos hos homines donatos esse, eorum posteros non item neglegere noli.

Cap. III. De immunitate, quae a phratriis concessa est, non habeo, quod addam, cum nullus praeter eum, de quo iam exposui (p. 103 sq.), titulus exstet, quo de hac re doctiores fiamus.

[1]) De coronis honorariis cf. C. I. A. II, 573; 574; 576; 579—581; 583; 585.

[2]) De eodem praemio cf. C. I. A. II, 574—576.

Indices.

I. Index locorum.

II. Index rerum.

Corrigenda.

Praeter vocum notas perraro omissas aut prave factas aliaque levioris momenti errata, quae lector benevolus facili negotio corriget, haecce sunt, quae commemorem:

p. 9 vs. 14 pro villismoque l. vilissimoque.
p. 21 vs. 21 melius fecissem, si pro servum illum scripsissem servum, de quo postremo loco agitur.
p. 34 n. 1 pro Polluc. VIII, 113 l. Polluc. VIII, 103.
p. 40 n. 2 vs. 1 comma, quod post voces ὃν ὤμοσα exstat, delendum est.
p. 43 vs. 14 post cυνετάξαντο inserendum est κατά.
p. 62 n. 1 extr. pro p. 78 n. 1 l. p. 74 n. 5.
p. 62 n. 5 pro interpremur l. interpretemur.
p. 70 vs. 6 pro silege l. si lege.
p. 77 n. 3 vs. 3 post vocabula die Reihe inserendum est herûm.
p. 78 n. 1 vs. 18 voces traditur et censere commatis nota distinguendae sunt.
p. 103 vs. 35 pro φρατίαρχοι l. φρατρίαρχοι.
p. 111 n. 3 et p. 112 n. 2 in C. I. Gr. 1335 et in titulo, quem Sauppius edidit »de tit. Tegeaticis« p. 4 sq. ἀτέλεια et ἐπινομία tributa est.
p. 115 n. 2 vs. 1 pro ἀτέλειαν l. ἀτέλεια.

